DE FORMIS ENTHYMEMATVM

IO. PAVLO. GALLVCIO SALOENSI

AVCTORE LIBELLVS.

In quo penè innumeri deſcribuntur loci, quibus quælibet variari poteſt argumentatio multis ciceronianis exemplis illuſtrati.

Et de ijs, in quibus veneti pueri erudiendi ſunt, vt recte ſuam rempub. adminiſtrare poſſint,

Et de uſu tabularum, in quibus diſciplinæ a uiris Doctis deſcriptæ, in parteſque diſtributæ ſunt breuis tractatio olim Patauij edita.

CVM PRIVILEGIO.



VENETIIS, MDLXXXVI.

Apud Petrum Marinellum.

FRANCISCO BAROCIO IACOBI FILIO PATRITIO VENETO,

Philoſopho, ac Mathematico præſtantiſsimo.

IO. PAVLVS GALLVC. Saloenſis. S. D. P.

NOn minori laude ſemper dignos exiſtimaui eos Franciſce Colendiſs. qui illuſtrium virorum ſcriptis aliqua ratione lumē afferrent, vt ſtudioſi inde eum caperent fructum, quem ſibi auctores in ſcribendo ob oculos poſuerint, quemque poſteros capturos eſſe ſperauerint; quàm eos, qui

aſsiduis uigilijs, naturæq́ue contē-
plationibus aliquid, nondum ab
alijs excogitatum, idq́ue ad com-
munem omniũ vtilitatem in aſpe-
ctum, lucemque proferre uolue-
rint. Multa enim ne dicam omnia
hactenus ſubtiliſsime excogitata,
ac diligentiſsime litterarũ monu-
mentis tradita iacerent in tenebris
niſi doctiſsimorum virorum in-
terpretationum lumen accederet.
Hi enim quaſi diuino quodam nu
mine afflati, tum verborum ſen-
ſum, tum auctorum ſententiam,
ita interpretantur, & exponunt, vt
quod obſcuriſsimum erat, & peni-
tus ambiguis verbis inuolutum,
aperiant, & dilucidiſsimum red-
dant. Hinc tot commentarij, tot

paraphraſes, tor compendia, tot annotationes, & alia huiuſmodi, quæ non parum vtilitatis ad aliorum ſcripta intelligenda conferũt. Quamobrem cum ſuperiorib. diebus nonnullis ſtudioſis adoleſcentibus Ariſt. libros de arte rhetorica exponerem non parum mi elaborandum cenſui, ut illis iuxta philoſophi ſententiam doctrinam traderem in ea, quæ de formis enthymematum ab eodem Ariſtotele ſcripta leguntur. Eſt enim quæſtio, tum perplexa, tum multarum difficultatum plena, tum eius cognitio ita vtilis, vt qui eam recte non tenuerit nullus orator ſit. Ita cum multum, ac diu in animo euoluiſſem, & diligenter quæcunque a

me aliàs in hanc ſententiam cōſcri pta fuiſſent: conſiderarem, ac iterum eadem litteris conſignaſſem, ea tandem amicorum virorum ſen tentia comprobata ſunt. Quamobrem hūc meum de formis enthymematum librum in ſtudioſorum gratiam e meis ędibus ad tuas manus peruenire permiſi, cū quo quā dam adiunxi epiſtolam, in qua de ijs agitur, in quibus pueros venetos erudiendos exiſtimem, vt rectè ſuā rēpublicam adminiſtrare poſſint. Aliam prætereà addidi, in qua de vſu tabularum, in quas ſcientiæ, et artes diſtribuuntur, tractatur. Quæ olim pataùij ſummo præſtantiſſimorum virorum conſenſu, & ap probatione typis tradita fuit. Qui

libellhs

libellus hæc tria continet,cum ſciã fieri non poſſe , quin cum inter homines ſuerit, in arenam cum for tiſſimis viris deſcenſurus ut tuo no mine munitum eſſe uolui ſit, etſi per ſe minime dignus videbitur tã ti ſaltem nominis rationẽ habeant aduerſarij , & cum illo mitius agãt. Quis.n. FRANCISCVM BAROCIVM nõ admiratur? Quis non omni honore,uel potius vene ratione proſequitur?Neque imme rito . Non enim ſolum es patritius Venetus, quam nobilitatem cum ipſi reges nan aſpernentur,quæ ma ior eſſe poteſt ? Sed etiam huius ciuitatis tua familia nobiliſſima eſt. Et hæc tibi cum alijs communia ſunt, quæ tamen tanti, et meritò

ab omnibus ęſtimantur quãti quæ maxima ſunt. Quid de vitæ integritate dicam? de rerum vſu, de philoſophia, & mathematica, & cæteris bonis artibus, & ſcientijs, in quibus a pueris ita verſatus es, vt publicis Italiæ gymnaſijs ea ſis profeſſus? Hæc.n. nõ mediocria nõ vulgaria in te ſunt, ſed ad eã excellentiã & nobilitatem peruenerunt, ut qui tecum conferatur, non facile inueniri poſſit. Cum autem ſcias eo maius eſſe bonum, quo in plures confertur, ob id nihil aliud curas hac tempeſtate, ſuperioribusq. tẽporibus curaſti, nihilque aliud cogitas, quàm quomodo ad communem omnium vtilitatem quæcũque tenes, in lucem prodeant. Ob id quo

tidiæ ſub prælijs tui libri ſunt, multisque ante mēſibus fuerunt. Quē igitur huius mei laboris alium tutorem, ac defenſorem deligere debebam, quàm qui omnibus bonis litteris, artibus, & ſcientijs politiſſimus eſt, quique Andreæ filij eius corporis, & animi imaginis me Preceptorem, & moderatorē delegit?

Ex quo facile cerno quanti apud te ego, meaque omnia ſint. Quod & antea multis argumentis cognoui. Cum nullum prætermittas locum, aut tempus laudandi mei quod id poſtulare videatur, ex quo illud conſecutus ſum, ut apud multos patritios Venetos in aliquo numero ſim. Quo quid melius Venetias incolentibus? In eo igitur

amore perſeuera, ut minime dubito, quo me perſequeris, & hoc munuſculum hilari vultu accipe, & tuere, vt me ipſum tueri ſoles.

Venetijs Calendis Martij. 1586.

AD LECTORES

PRAEFATIO.

CVM Similitudo in omnibus rebus, vel in primis in oratoribus moleſtia afficiat auditores, quæ in cauſſa eſt quominus ipſi ſuum finem conſequãtur: eis viſum eſt, tum ad probandum tum ad mouendum, & conciliandum, vtile eſſe varietate non ſolum verborum & ſententiarum, ſed etiam ratiocinationum perpetuo delectare. De verborum autem, & ſententiarum copia multi ſatis eruditè, & eleganter conſcripſerunt, & ita rem pertractarunt, vt nihil amplius deſiderari queas. De varijs autem formis enthymematum, quæ corpus fidei appellauit Ariſt. & ſi non minorem afferat vtilitatem hæc cognitio, immo multo maiorem licet multi rem attigerunt, quòd animaduerſione digna viderentur: nemo tamen hactenus (quod ſciam) eas tradidit formas, per quas ſtudioſi haberent argumentationum quaſi ſyluam, & variam conſtructionem. Hac in re ego tum vt mihi, tum vt ſtudioſis huius facultatis omnibus ad ſcribendum opem aliquam afferrem, multum, ac diu elaboraui, vt omnes argumentationes ad certas quaſdam re-

gulas

gulas redigerem, opus quidem difficillimum, & ob id incohatum, & imperfectum. Huic tamen meo libello ſi quis tantum adiunxerit, quantum ego ijs, quæ ab alijs in ſuis libris de hac re conſcripſerunt; non vereor, quin hæc ars perfectiſſima futura ſit.

Ego tamen in poſterum ſi tempus, & vires mihi dabuntur, ſpero fore, vt huic libello tantum adiungam, vt ſi non perfectum fuerit opus, proxime tamen ad perfectionem accedat, quod eo libentius faciam, quo hic paruus labor ſtudioſij gratior eſſe cognouero. Semper tamen aliquid erit, quod ab alijs adiungi velim, & ſperem.

Singulis autem formis, quas in hoc libello deſcripſi, exempla addidi a me efficta omnibus penè exornationibus expoliata, vt quiſque terminos, ex quibus conſtant propoſitiones, facilius dignoſcat, & intelligat. Sic.n. omnem orationem primũ delineandam, deinde vt quæque res deſiderat, exornandam cenſui Architectos imitandos exiſtimaui, qui in area certis quibuſdam lineis ductis oſtendunt, vbi iacienda fundamenta ſint, quibus tota nitatur ædificatio rudi quadam ſpecie primum, deinde extructos parietes omnibus ornamentis exornant, atque perficiunt. De exornationibus tamen nihil, vt dictum eſt, a me traditur.

Neque vitio mihi dandum eſſe puto, ſi nonnullas argumentãdi formas tradidi, quibus adhuc nullus orator vſus ſit. Qui.n.aliquam artem tradit, nõ debet ea ſolum docere, quibus alij artifices vſi ſint:

verum

verum diligenter ex ipſa ratione omnium artiū matre, debet diligenter inquirere, reperiatur ne quid quo artifex ſuum finem conſequi poſſit, & illud alijs legendum tradere. Quod cum optimè ſciret Ariſt. tum in Topicis, tum in Rhetoricis de formis iuſti, honeſti, & boni, multos tradit argumētandi locos, ex quib. nullus, vnquam duxerit argumentum. Si quis tamen ex ijs argumentabitur, ab argumentandi ratione non erit alienus. Eadem ratione ſi quis his noſtris formis vſus erit, cognoſcet profectò, neque ab Ariſt. neque a Cicerone diſcrepare. Hæc.n.enthymemata vim tum oratoriam, tū dialecticam habent argumentandi, & tropos omnes, & figuras recipiunt vnà cum omni oratoris materia. Omnia inquam hæc enthymemata non ſingula omnes figuras & tropos recipiunt. Ob id nonnulli rhetores inter rhetoricæ partes iudicium eſſe uoluerūt, quam ſententiā licet Ariſt. reprobet: inquit tamen in omnibus partibus adhibendum eſſe iudicium.

In his autem tractandis libentius ijs propoſitionum nominibus vſus ſum, quibus vtuntur logici, non Ciceronianis; vt qui in logicis verſati ſunt, minorem moleſtiam ſentiant: quod eis cōtra eueniat, ſi minime illis notis nominibus vſus eſſem, & eò libentius id feci, quòd qui logicam non calleāt, aut nihil, aut parum vtilitatis hinc conſecuturi ſunt. Sciat tamen lector, quam logici maiorem dicunt propoſitionem eſſe peculiari nomine propoſitionem, ſi quid ei additur probandi cauſſa rationem

pro-

propoſitionis dicitur: minorem vero dicit Cic.aſſumptionem,& huius rationem, aſſumptionis rationem appellat. Concluſio demum vocatur complexio in minoribus argumentationibus in maioribus autẽ,vt eſt in fine alicuius orationis, peroratio ab oratoribus vocatur. Ciceronianis tamen nominibus in ratiocinationibus conditionalibus vſus ſum.in ijs.n.nihil mihi accommodatius viſum eſt.

Præterea illud ſciat candidus lector velim,quòd etſi quælibet prima enthymematum propoſitio dicitur peculiari nomine propoſitio, quod ibi probãda proponatur:ego tamen huius rei nulla habita ratione,eo nomine illam vocaui. quo vocaretur,ſi in perfectum ſyllogiſmum reduceretur. Non igitur ſum neſciuis, me nonnunquam impropriè dixiſſe aliquam propoſitionem concluſionem, antequam concluſa ſit, quod minime dicendum videtur facilioris tamen doctrinæ gratia tam hoc, quam multa alia in hoc libro conſcripta mihi candidus lector concedat,nec vitio vertat, velim.

ERRATA

ERRATA SIC CORRIGANtur ante quam legatur.

Pag.	Lin.		Error	Correctio.
1	8	a	noſtris	noſtri
3	4	b	quod ſint gener	quot ſint genera
4	19	a	ſcrupot	ſcribat.
4	26	a	exemplo	exempla.
5	15	b	noſtrum	noſtri
6	5	a	Ariſtotelo	Ariſtotelis
6	5	a	cura	autem
6	10	a	lexe	lege
9	13	a	Preter	Prætor
6	19	a	illuſtis	illuſtris
6	25	a	han	hanc
6	25	a	ciceno	cicero
6	26	a	facilem	facile
6	9	b	iſta	ita
7	10	a	formamus,	Formarum
7	3	b	duobus	duabus
7			perrodo totide	Totidem
8	8	a	& ſic	& ui
8	12	b	propoſitionis.	propoſitiones.
10	5	a	animam	animum
13	2	b	ſiunt	ſciunt
14	17	a	deſient	debent
18	2	b	nocent	noceat
18	10	b	par	per
	25		ſue	ue
19	29	b	unus	uſus
23	25	b	ſecundum	ſecundam
25	14	b	Aria	Aſia
26	9	b	quoquæ	quoq́.
30	3	a	eum	cum
	4		capit	cupit
30	2	b	poſſim	poſſint
32	14	b		& medicina

Pag.	Lin.		Error	Correctio.
	18		debet	debeo
33	10	a	mee	me
33	7	b	ueſtræ	ueſtras eſſe
35	28	b	ditiſſimi	ditiſſimi ſiat
36	25	a	Mætilee	Mæiibee
36	2	b	homino	homines
37	18	a	hec	hic
38	26	a	iudiget	indiget
28	14	b	voluntatas	voluntas
39	29	b	conferaſtia	conferatis
41	2	a	lotum	locum
	3		peregendæm	peragendum
	11		viroram	virorum
	26		ea	eo
43	1	a	ita	ira
	4		te	re
	10		aut res	vos
	12		percipiant	percipiatis
46	7	b	D.	de
47	22	a	dudium	ſtudium
47	23	b	confeſa	confuſa
	26		auhibitis	adhibitis
48	8	a	aſſacutos	aſſecutos.
33	15	b	duendi	dicendi
34	21	b	omnibus	omnes.
40	18	b	legatos	legati.
	22		nequeant	nequeat.

DE FORMIS ENTHYMEMATVM IO. PAVLO GALLVCIO SALOENSI AVCTORE LIBELLVS.

Vtrum Enthymema conſtet tantum ex duabus propoſitionibus.

PRincipium huius noſtis tractatus illud erit utrum perpetuo enthymema ex duabus propoſitionibus conſtet, an ex pluribus etiam confici poſſit: res quidem difficilis, cognitione tamen digniſſima: cum nihil ſit in tota rhetorica arte, qđ neglectum maius afferat oratoribus detrimentum. Eſt.n.enthymema tanquam oſſa, & nerui in orationis corpore, ſine quo fides minime fieri poteſt. Fides uero eſt orationis finis. Ex hoc igitur ita pendent omnia, vt qui hoc ignorat, oratoris nomen amittat neceſſe ſit. Neque hanc rem dialecticorum more diſputaturus ſum. Non.n.ſtudioſis hominibus tantum temporis ex ſuis rebus maximis eſſe exiſtimo, ut præter veritatem quidquam aliud ſtudeant. Hanc igitur tantumodo aperiam, neque id ſine aliqua aliorum opinionum confutatione, vel potius, interpretatione. Sciendum igitur eſt, quòd logici omnes ita apertiſſimis uerbis; vt aliter interpretari non poſſint; demonſtrant, enthymema ſem-

per ex duabus propoſitionibus conſtare,idq́; Ariſt. auctoritate confirmant; qui lib. 2. prior. c. 34. ait: enthymema eſt ſyllogiſmus imperfectus eſt veriſimilibus,& ſignis,cum ſit ſyllogiſmus imperfectus, aiunt,neceſſe eſt aliquam propoſitionum deeſſe,id que eiuſdem Ariſt. exemplis confirmant, qui eodē loco ait. Mulier eſt pregnans, quia lac habet.& primo rhetoricorum:doricus uicit coronarium certamen,quia vicit olimpia. Quòd autem olimpia ſit certamen,in quo victores coronarentur, nihil attinet dicere. Notum,n. eſt. Rhetores autem omnes, & rhetorum interpretes nōnunquam ex pluribus, quàm ex tribus confici poſſe enthymemà exiſtimant,idque tum Ariſt. tum ciceronis, tum Quintiliani, & oratorum omnium auctoritate confirmāt. Ariſt.n.primo rhetoricorum ait.Et ex paucis, ac ſæpe ex paucioribus, quàm primus ſyllogiſmus exiſtit. Quod ita interpretantur ex paucis,vt primus ſyllogiſmus ex tribus ſcilicet;ſed ſæpe ex paucioribus, ideſt ex duabus ꝓpoſitionibus. Quintilianus, & cicero in rhetoricis, non ſolum ex tribus, ſed ex quatuor nonnunquàm, & ex quinq; conſtare apertiſſimè docent. Quod autē id fecerit Cic. in orationibus,& his enthymematum formis vſus ſit in omnibus ſuis orationibus,exempla videre licet.Hic autem duo exempla ponantur, ſic ait pro Archia Poeta.

Propoſitio.

Si qd eſt in me ingenij iudices, quod ſentio quā ſit exiguum; aut ſi qua exercitatio dicendi, in qua

me non inficior mediocriter eſſe verſarum; aut ſi huiuſce rei ratio aliqua ab optimarum artium ſtudijs,& diſciplina profecta,a quo ego nullum confiteor ætatis meæ tempus abhoruiſſe,eam rem omnium vel imprimis huic A. licinius fructum a me repetere prope ſuo iure debet.

Ratio propoſitionis.

Nã quoad lõgiſſimè poteſt mens mea reſpicere ſpacium præteriti temporis, & pueritiæ memoriã recordari vltimam; inde vſque repetens, hunc video mihi principem,& ad ſuſcipiendã, & ad ingrediendam rationem harum ſtudiorum extitiſſe.

Aßumptio.

Quòd ſi hæc vox huius hortatu. prçceptisq. cõſirmata nonnullis aliquando ſaluti fuit.

Complexio.

A quo id accepimus quo cçteris opitulari,& alios ſeruare poſſemus, huic profecto ipſi quantum eſt ſitum in nobis, & opem, & ſalutem ferre debemus.

Hic ad ſunt omnia requiſita in perfecto ſyllogiſmo,imo & plura.Nam adeſt propoſitio,& propoſitionis ratio,aſſumptio,& complexio.

Aliud exemplum ex proçmio orationis in Vatinium quod quinque partitum eſt.

Si tua tantumodo Vatinij quid indignitas poſtularet ſpectare voluiſſem, feciſſimem id,quod ijs vehementer placebat vt te, cuius teſtimonium propter turpitudinem vitæ ſordesque domeſticas nullius momenti putaretur, tacitus dimitterem.

Ratio propoſitionis.

Nemo.n.horũ aut ita te refutãdnm grauẽ aduerſariũ,aut ita rogãdum,ut religioſum teſtẽ arbitrabaꝛ.

Aßumptio.

Sed fui paullo in te intẽperantior fortaſſe,q̃ debui.

Ratio aſſumptionis.

Odio.n.tui, in quo etſi omnes propter tuum in me ſcelus,ſuperare debeo:tamen ab omnibus penè vincor,ſic ſum incitatus, ut cum te non minus contẽnerem,quàm odiſſem, tamen vexatũ potius, quàm deſpectum uellem dimittere.

Complexio.

Quare ne tibi hunc honorem a me haberi forte mirere, quod interrogem,quem nemo congreſſu, nemo aditu,nemo ſuffragio,nemo ciuitate,nemo luce dignum putet:nulla me ad id cauſſa impulliſſet,niſi ut ferocitatem tuam iſtam comprimerem, & audaciam frangerem, et loquacitatem pauciſſimis interrogationibus irretitam retardarem.

Ex his apparet logicos a veritate longe aberrare cum affirment perpetuò enthymena ex duabus tantumodo propoſitionibus conſtare, cum aliter oratores ſentire uideantur.

Ad hanc autem veritatem cognoſcendam, illud ſciendum eſt, aliter enthymema conſiderari in logicis, aliter in rhetoricis. In illis ſemper ex duabus conſtat: in his non ſolum ex duabus, ſed ex tribus, & quatuor & quinque, & pluribus etiam. In logicis. n. de enthymemate ſcribitur quatenus habet aliquid ſimile ſyllogiſmo, & aliquid diſſimile, ut

per-

perfectionem ſyllogiſmi cernamus per enthymematis imperfectionem, quod non ſolum ratione formæ, verum etiam ratione materiæ imperfectus eſt. ſigna.n.non poſſunt ſyllogiſmo comprehendi, quæ tamen enthymemate includuntur. Non nulli mihi hanc ſententiam negarunt,& ſuam tum Boethi tum aliorum auctoritate comprobarũt, qui vbi docuerunt enthymema ex duabus propoſitionibus conſtrui,dixerunt hoc non eſſe philoſophiæ inſtrumentum, quòd ſcientiam non pariat: ſed eſſe tantumodo oratorum, ob id non eſſe verum aliter in logicis,aliter in rhetoricis conſiderari;ſed utrobiq. ut oratorum inſtrumentum, & ad perſuadendum ſolum accommodatum, non autem ad demonſtrandum. Ego quoque affirmo,quod traditur in logicis ex ſignis innominatis eſſe non dialectici, ſed oratoris inſtrumentum, cum ſyllogiſmo hoc ſigni genus includi minime poſſit: ſed quod ad ſyllogiſmũ addēda propoſitione, quæ deeſt, reduci facilè poteſt, eſt utriuſq; facultatis commune inſtrumentũ. Non tamen ob eam rem ſequitur, non eſſe enthymema, quod ex tribus & quatuor, & quinque conſtruitur. Ergo dicet aliquis & ſyllogiſmus eſt enthymena, ſi ex tot propoſitionibus conſtat,ex quot,& enthymema.eſt quidem in ciuilibus orationibus, ut in ſuperioribus exemplis uidere licet: non autem in philoſophicis contemplationibus, imo dicere auderem, quam in phiſicis argumentationem ex duabus tantumodo propoſitionibus confectam uidemus, auderem inquam,ſyllogiſmũ vocare.Nam ſi aliter res

ſe haberet imperfectam tradidiſſet Ariſt. argumentandi formam tam in logica, quàm in rhetorica. Duplicem. n. tantūmodo tradit argumentandi formā, atque rationem. ſic.n. ait primo Topicorū. c. 10. qđ ſint gener argumentationum dialecticarū dicendū eſt. Eſt autem vna, quæ inductio, altera, quæ ratiocinatio nominatur. Ac ratiocinatio quid ſit iam diximus. Inductio autē eſt ex rebus ſingulis ad vniuerſas progreſſio, & paullo ante dixerat. Ratiocinatio autem eſt cum ab vniuerſalibus ad minus uniuerſalia, vel ad indiuiduū aliquod progredimur, ex quo videre licet nullam aliā rationandi formam dari, q̃ has duas ſyllogiſmū & inductionem in dialecticis.

In rhetoricis autem dantur pariter duę argumētādi methodi exemplum, & enthymema: inductioni reſpondet exēplum ſyllogiſmo enthymema, de quibus cum verba faciat in rhetorica Ariſto. ait. Nempe cum in multis, & ſimilibus demonſtratur rem ita ſe habere, ibi quidem inductionem eſſe, hic vero exemplum. At cum quibuſdam exiſtentibus aliud quid ex his euenit, eò quod hæc ſint, vel in vniuerſum, vel plerumque ibi quidem ſyllogiſmū hic vero enthymema vocari, Nullum igitur reperitur aliud argumentādi genus, neque apud philoſophos, neque apud oratores, quàm quæ duo dicta ſunt: ſi enthymema perpetuò conſtat ex duabus ꝓpoſitionibus, & exemplum dicitur, cū ex ſingulis fit progreſſio, quodnam genus argumentationis erit cum ex quatuor, & quinque conſtat argumentatio, ſi neque exemplum eſt, cum ex ſingulis nō progre-

grediatur, nec enthymema cum non ſit ex duabus propoſitionibus? An erit fortaſſe ſyllogiſmus?id ſi ita eſt,cur non tradidit Ariſt. hanc veritatem? quod, cum latuerit?id profectò dicere nefas eſt.conſultone prætermiſit?neq; id fatendum eſt. Nam ſi ſingulas, quas rhetoricæ particulas vocauit dilig͡eter perſecutus eſt, cur p̄termiſiſſet id, qđ fidei corpus vocauit? De tāto philoſopho non ſolū hęc nō dicēda. ſunt,ſed ne cogitāda quidē.Id igitur enthymema ē.

Quomodo igitur dicet aliquis eſt imperfectus ſyllogiſmus, ſi tot habere poteſt propoſitiones,q đ & ſyllogiſmus,& plures? Primum dico nullibi definiri imperfectum ſyllogiſmū in rhetorica: licet ita in locis definiatur, deinde etiam ſi id concedatur in rhetorica:non ſequitur tamen ſemper ex duabus tantum propoſitionibus conſtare. Hæc.n.definitio cōplectitur omnes enthymematis formas, & nonnunq. imò vt plurimum, ex duabus conficitur, quod Ariſt.ſignificauit,cum ſcripor;ac ſæpe ex paucioribus. Notandum tamen eſt, hanc imperfectionem eſſe aliquando ratione formæ, aliquando formæ & materiæ. Formæ ſolum cum ex duabus conſtat propoſitionibus, & ad ſyllogiſmum reduci poteſt. Formæ & materiæ cum reduci minime poteſt. Nonnonquam neque rationæ formæ, neque materiæ peccat, vt ſuperiora duo exemplo, ſed cum enthymematis rationem habeant, & enthymemata, quæ ſi conferantur cum ſyllogiſmo imperfecta dici poſſint,ob id factum eſt,vt imperfectus ſyllogiſmus dicatur. Omnes.n. illę argumentationes, quę

ex quibuſdam poſitis aliud ſequitur, eò quòd hæc ſint, enthymemata in rhetoricis dicta ſunt, nulla habita ratione propoſitionum, in quas diſtributa ſunt, quòd non ſolũ duabus, & tribus, & pluribus propoſitionibus, ſed vnica ꝓferri poſſunt. Vt in ſequentibus formis diligenter obſeruandum eſt, ut oratores varias enthymematum formas habeant, quibus ſemper auditores non ſolum voluptate perfundantur, ſed varijs rationibus perſuadeãtur, in quo victoria ineſt, & id, quod ab oratore expetit.

Quomodo intelligendum ſit illud in Rhetoricis: ſi quid autem notum eſt nihil attinet dicere.

Cum traderet Ariſt. enthymematum formas primo libro rhetoricorum ad Theodectem. dixit: ſi quid autem notum eſt nihil attinet dicere. dixit quoque argumentandum eſſe ex rebus manifeſtis: illud idẽ tradit primo poſter. Hæc autẽ inter ſe contrariã rationem habere uidentur. Nam ſi argumentandum eſt ex manifeſtis, vt per ea in cognitionem concluſionis ignotæ deueniamus, & nota tacẽda ſunt, non argumentandum omnio videtur. Remotis.n. propoſitionibus, quæ notæ eſſe debent, nihil relinquitur vnde a re nota in rẽ ignotam fiat ptogreſſio. Quod cum abſurdiſſimum ſit, operæ pretium eſt: hanc rem aperire, ut de enthymemate quàm planiſſimè loquamur, & cum breuitatem in hoc libello maximẽ ſequamur, omiſſis curioſis argumentationibus, noſtram tantummodo ſententiam exponemus, & veritatem ipſam nudam ante oculos legentium ponemus, quam in ſequentem tabellam digeſſimus.

An

Nota ſunt ĩ argumẽtatiõe uerba uel

- Incõplexa ut Socrates de his notũ eẽ debet
  - An hęc ſint ĩ rerum natura necne, vtrum ſcilicet reperiatur aliquid, quod dicatur Socrates
  - Quid nominis: quidnam ſcilicet ſit illud; quod per ſocratem ſignificamus, vtrũ ſit lapis, an terra, an homo, an aliud: neq; id per definitionem perfectam, ſed eo modo, quo appareat uel omnibus hominibus.
  - Hæc nota eẽ debent tum
    - Oratori ut illis rectè utatur
    - Auditori, ut oratorem intelligat.
- complexa, de quibus in ſequenti.

Statim

Verba complexa, oratio. ſcilicet, vt Rhetorica hominibus prodeſt in qua notum eſſe poteſt illud, vtrum detur hoc, vt rhetorica hominibus proſit, quod noſtrum ſit vel

Statim prolatum: vt bonum eſt quod iuuat & delectat, Hoc nunquã tacendum eſt.

Non ſtatim: ſed vbi addita eſt ratio aliqua, vt eligibilius eſt iniuria affici, quàm afficere. Quòd qui afficiunt omnes ſunt mali, qui afficiuntur poſſunt eſſe boni: Hoc non tacendum eſt, cum ſua ratione.

Antequam proferatur & in memoriam reducatur ex ijs, quæ prolata ſunt, & ita ſit notum, vt ſi proferatur, faſtidium pariat, vt quod dictũ eſt, iterum dicere. Hoc ſemper tacendum eſt. Vt, qui vicit Olimpia coronarium certamen vicit. Nihil attinet dicere, Olimpia coronarium certamen eſt.

Ex

Ex ſuperiori tabellula videre licet, quomodo proficiſcatur ſemper a notis omnis concluſio & quæ ſint illa nota, quæ proferre non oporteat: Auditor enim per ſe illud, quod deeſt facile ad iunxit, quod ſi proferatur ut in Ariſtotelo exemplo conſiderandum eſt non parum auditorem ledit. Vt cura hæc res illuſtrior fiat ciceroniana exempla volui apponere, & primu'm vbi quod notum eſt tacetur, & ſit enthymema ex duabus tantu͂modo propoſitionibus: deinde vbi omnia ponuntur. In oratione pro lexe Manilia ſic ſcriptum legimus.

Nam cum propter dilationem comitiorum ter præter primus centurijs cunctis renunciatus ſum, facile intellexi. Quirites. quid de me iudicaretis, & quid alijs præſcriberetis.

Hac ratione cicero illuſtrat illam propoſitionem, quæ per ſe ſatis nota non erat, neque antequam proferereretur, neque vbi prolata fuit, & per hanc ſit illuſtis, eò, quòd hæc prolata ſint Propoſitio illa eſt, quæ in ſyllogiſmo eſſet concluſio.

Et meus labor in priuatorum periculis caſtè, interique verſatur ex veſtro iudicio fructum eſt ampliſſimum conſecutus.

Superior ſtatim prolata intelligitur habere vim probandi hac propoſitionem. Citatio autem ſi voluiſſet addere maiorem propoſitionem, quæ facilem ab auditoribus ex hac minore cognoſcitur, offendiſſet auditores, tum eorum prudentiæ diffidere videretur, tum repetere, quæ iterum dixiſſet. Dicendum enim erat vel hoc modo, vel alio hanc maiorē.

Omnes

Omnes enim, ad quos magiſtratus aliquis defertur; intelligunt, quid de ſe iudicetis, & quid alijs præſcribatis.

Videte quàm moleſtum, quàmque uanum hoc eſſet proferre, cum ex minore hoc facilè ab auditoribus intelligi poſſit.

Aliter facere videtur Cic. in eadem oratione vbi laudat Pompeium, & probat illam concluſionem maiore, & minore iſta tamen vt non offendat auditores, quod ſępiſſimè facit.

Iam vero virtuti Gn. Pompeij, quæ poteſt oratio par inueniri; quid eſt, quod quiſquam aut dignum illo, aut vobis notum, aut cuiquam inauditum poſſit afferre.

Hoc autem cum ſit illud, quod per notum, & fide dignum probandum eſt, addit tum maiorem, & minorem, & plurimas minoris rationes ipſa minore notiores. Maior enim illa eſt.

Nõ enim illæ ſunt ſolæ virtutes imperatoriæ, quæ vulgo exiſtimantur, labor in negocijs, fortitudo in periculis, induſtria in agendo, celeritas in conficiendo, conſilium in prouidendo.

Minor.

Quæ tanta ſunt in hoc vno, quanta in reliquis imperatoribus, quos aut vidimus, aut audiuimus, non fuerunt.

Cum autem hoc ſit illud maximè, quod ab auditoribus intelligi cupiebat, & per quod concluſio, illuſtrior fiat; addit multas rationes, quibus hæc propoſitio notior fiat.

Hic aduertendum eſt quomodo probet concluſionem per ea,quæ nota ſunt, & nihil dicat,quod ex dictis facilè a rudibus auditoribus intelligi poſſit .Nota enim ſolum fiunt, vbi audiuntur, vel vbi rō addita eſt, quæ vim probandi habeat, & ſic a notis argumentatur, & quod notum eſt prætermittit.Quare hic locus,qui perdifficilis erat illuſtratus eſt,& vt arbitror iuxta Ariſt.ſen tentiam. iam igitur formamur enthymematum copiam perſequamur.

De varijs enthymematum formis tabella.

- Enthymema eſt aut
  - Simplex ex
    - Vnica propoſitione.
    - Duobus
    - Tribus
    - Quatuor
    - Quinque
      - (Duobus … Quinque) Propoſitionib. conſtat, de quibus omnibus in ſequentibus dicitur.
  - cōpoſitum
    - Duplex: cū in una propoſitione duo proponuntur.
    - Triplex: cum tria complectitur.
    - Quadruplex: cū quatuor cōtinet.
      - quæ probantur, vel
        - Vnica piodo totidē quot res ꝑpoſitę

De ordine propoſitionum in enthymematibus: Et primum ex unica propoſitione.

Enthymemata ex unica propoſitione conſtant, uel	1 Maiore 2 Maiore,& maioris ratione. 3 Concluſione cum medio. 4 Maiore,& concluſione. 5 Minore,& concluſione. 6 Cōcluſione,& rōne maioris. 7 Concluſione, & ratione minoris.	ſic tamen magis poteſtate, & ſic quā actu.

De ordine propoſitionum in enthymematibus bipartitis.

In enthymemate ex duabus propoſitionibus ſic ordinantur.	1 Maior concluſio 2 Minor concluſio. 3 Maior: minor. 4 Minor: maior. 5 Concluſio: maior. 6 Concluſio: minor.

De or-

De ordine propoſitionum in Enthymematibus tripartitis.

In tripartitis Enthymematibus ſic ordinantur propoſitionis:

1	Maior:	minor:	Concluſio:
2	Maior:	Concluſio:	minor.
3	Maior:	maioris rõ:	Concluſio.
4	Maior:	maioris rõ:	minor.
5	Minor:	maior:	Concluſio.
6	Minor:	Concluſio:	maior.
7	Minor:	minoris rõ:	Concluſio.
8	Minor:	maior:	maioris rõ.
9	Concluſio:	maior:	minor.
10	Concluſio:	minor:	maior.
11	Concluſio:	maior:	maioris rõ.
12	Concluſio:	minor:	minoris rõ.
13	Maior:	minor:	maioris rõ.
14	Minor:	maior:	minoris rõ.

De ordine propoſitionum in enthymematibus quadripartitis.

In quadripartitis ſic ordinãtur propoſitiones.

1 Maior, minoris ratio: minor: concluſio.
2 Maior, concl. minor: minoris ratio.
3 Maior, maioris ratio: concl. minor.
4 Maior, minor, minoris ratio: concluſio.
5 Minor, minoris, ratio: maior. concl.
6 Minor, maior, maioris ratio, concl.
7 Minor, minoris ratio, concluſio: maior:
8 Minor, concl. maior, maioris ratio.
9 Concl. maior, maioris ratio, minor.
10 Concl. maior, minor, minoris ratio.
11 Concl. minor, minoris ratio, maior.
12 Concl. minor, maior, maioris ratio.
13 Maior, maioris ratio, minor, minoris ratio.
14 Minor, minoris ratio, maior, maioris ratio.
15 Maior, minor, ratio maioris, concluſio.
16 Minor, maior, minoris ratio, concluſio.
17 Concl. maior, minor, maioris ratio.
18 Concluſio, minor, maior, minoris ratio.

De ordine propoſitionum in enthimematibus quinquepartitis.

Sic ordinantur propoſitiones in quinquepartitis.

1 maior:maioris ratio:minor:minoris ratio: concluſio.
2 maior:maioris ratio: concluſio: minor,minoris ratio.
3 minor: minoris ratio:concluſio: maior:maioris ratio.
4 minor: minoris ratio: maior: maioris ratio:concluſio.
5 concluſio:maior: maioris ratio: minor: minoris ratio.
6 concluſio: minor:minoris ratio:maior: maioris ratio.
7 maior: minor: maioris ratio: minoris ratio, concluſio.
8 minor:maior: minoris ratio: maioris ratio:concluſio.
9 concluſio maior:minor:maioris ratio:minoris ratio.
10 concluſio: minor:maior:minoris ratio:maioris ratio.
11 maior:minor.minoris ratio:maioris ratio: concluſio.
12 minor: maior: maioris: ratio:minoris ratio:concluſio.
13 concluſio:maior:minor:minoris ratio: maioris ratio.
14 concluſio:minor: maior:maioris ratio: minoris ratio.

De

De formis compoſitorum enthymematum.

Sequeretur, vt hic traderem ordinem, quo in compoſitis enthymematibus propoſitiones ordinandæ ſunt: ſed cum idem ſit cum ordine ſuperiorum nolui legentis animam tot formis perturbare, & quodãmodo ab hac lectione, & ſtudio deterrere: cum præſertim ex noſtris exemplis facilè quiſque id cognoſcere poſſit: differunt tamen a ſuperioribus, qđ loco vnius rationis ponuntur tot rationes, quot quę propoſita ſunt. ſic tot maiores, tot minores uel in unica periodo, uel ſingulæ rationes in ſingulis periodis, uel in eadem oratione utraque ratione vtendum eſt, ut in oratione pet Archia pro lege manilia, & in aliis quoque orationibus uidere licet, & in exemplis a nobis poſitis infra preclare cernitur.

Superiorum formarum exempla.

Vt hæc doctrina notior fiat, hanc propono concluſionem per omnes ſuperiores formas uariandam.

Vos debetis rhetoricæ ſtudere.

Hanc primum in hanc ſyllogiſmi formam reduco, ut tum maior, tum minor, tum concluſio cernatur, quæ eadem permanebunt in ſequentibus formis, quas ingrediuntur.

ſyllogiſmus.

Omnes prudentes debent Rhetoricę ſtudere.
Vos autem prudentes eſtis.
Vos igitur debetis rhetoricæ ſtudere.

Quomodo unica periodo poſſit hic ſyllogiſmus includi.

Cum in omni argumentatione quod ignotum eſt, per id, quod eſt notum exponatur; neceſſe eſt ſaltẽ

duo concurrant, alterum notum, alterum ignotum: ob id uidetur nullo modo unica propoſitione argu mentari poſſe. Notandum tamen eſt, nonnullas periodos dari, quæ enthymematicæ ex Ariſt. doctri na lib. 2. rhetori. cap. de ſententiis; dici poſſunt, quod magis poteſtate, quàm actu, omnia requiſita in enthymemate cõplectantur. Vt illud Cic. per Deiota ro. ſine cauſſa dominum ſeruus accuſet? Id aut fit multis modis, nonnunquam apertius, nõnunquam obſcurius, hoc cum unicum adeſt uerbum, illud cum duo: tota tamen huius rei uis, uel in coniunctione eſt, uel in interrogatione, illa. n. facit plura vnũ, quæ tamen potiſſimum coniunctiones id efficiãt, infra multis exemplis illuſtrabo.

1. *Ex maiore.*

Nonne prudenter homines debent rhetoricæ ſtudere?

2. *Ex maiore cum ſua ratione.*

Nonne prudentes uiri debent rhetoricę ſtudere, ut ſuam prudentiam aliis hominibus impertiri poſſint?

3. *Ex concluſione cum medio.*

Quin uos prudentes rhetoricæ ſtudetis?

4. *Ex maiore, & concluſione.*

Cum homines prudentes debeant rhetoricæ inſer uire quin & uobis idem faciendum exiſtimetis?

5. *Ex minore, & concluſione.*

Cum uos prudentes ſitis, quin rhetoricæ ſtudetis?

6. *Ex concluſione, & ratione maioris.*

Cur rhetoricæ non ſtudetis, ut ueſtram prudentiã

cæte-

cæteris communicare poſſitis?

7. Ex concluſione, & ratione minoris.

Cum in libris, & actionibus uerſati ſitis, quin rhetoricæ operam datis?

Quot modis copulentur propoſitiones, ut ſit enthymema poteſtate, ideſt per quoniam.

Prima formula eſt per quoniam, idque tribus modis. Nam aut ponitur prima ſede, aut ſecunda, poſt ſcilicet aliam coniuntionem, aut in medio periodi, quorũ omnium exempla ex oratione pro lege manilia hęc ſunt.

1. Quoniam de genere belli dixi, nunc de magnitudine paucam dicam.

2. Et, quoniam ſemper appetentes gloriæ pręter cæteras gentes, atque auidi laudis fuiſtis, delenda eſt uobis illa macula ſuperiore bello ſuſcepta.

3. Sed pro ueſtri imperii dignitate, atque gloria, quoniam is eſt exorſus orationis meę, uidete, quem uobis animum ſuſcipiendum putetis.

2. Per caſum ablatiuum abſolutum, uel ut aiunt in conſequentia.

Vos tot ciuium Romanorum millibus uno nũcio, atque uno imperatore necatis, quo tandẽ animo eſſe debetis?

3. Per contraria, uel ſimilia cum ut, & ſic coniunctionibus.

Videte. n. ut illis pulcherrimum fuit tantam uobis imperii gloriam relinquere; ſic uobis turpiſſimum ſit illud, quod accepiſtis tueri, & conſeruare non poſſe.

4. *Per quòd.*

Atque hoc etiam magis, quàm cæteri, quòd eiuſmodi in prouinciam homines cum imperio miſimus, ut etiamſi ab hoſte deffendant: tamen ipſorũ aduentus in urbes ſociorum, non multum ab hoſtili expugnatione differunt.

5. *Per, ſi.*

Itaque hæc uobis prouincia quirites, ſi & belli utilitatem, & pacis dignitatem ſuſtinere uultis, non modo a calamitate, ſed etiam a metu calamitatis eſt defendenda.

6. *Per tum.*

Quo tandem animo eſſe exiſtimatis, aut eos, qui uectigalia uobis penſitant, aut eos, qui exercent, atque exigunt. cum duo reges cum maximis copijs ropè adſint.

7. *Per ut, & ne. pro Archia.*

Cęteros pudeat, ſi qui ita ſe litteris abdiderunt, ut nihil poſſint neq; ad communem afferre fructum, neque in aſpectum, lucemque proferre.

8. *Per propterea quòd: Pro lege Manilia.*

Mea quidem ſententia, quirites, unus A. Gabinius belli maritimi rerum geſtarum auctor comes Gn. Pompeio adſcribitur, propterea quòd alter uni id bellum ſuſcipiendum ueſtris ſuffragis detulit, alter delatum, ſuſceptumque confecit.

9. *Per coniunctiones copulatiuas, ac diſiunctiuas pro Archia.*

Itaque hunc & Tarentini, & Rhegini, & Neapolipolitani, ciuitate, cæteriſque præmiis donarunt, & omnes

omnes,qui aliquid de ingeniis poterant iudicare, cognitione,atque hoſpitio dignum exiſtimarunt.

Si qui dentur alii modi apud ciceronem,& cæteros probatos auctores quiſque debet diligēter obſeruare. Non.n.id parum confert ad formarum enthymematum copiam.

De enthymematibus bipartitis.

Cognitis enthymematibus, quę unica periodo includuntur, ſequitur ut uideamus formas eorum, quæ duabus propoſitionibus complectuntur. quæ quidem minus artificij poſtulant, quàm quæ dicta ſunt. Bipartitæ formę propter hanc cauſſam in omnium ore uerſantur.quiſq.n.hac ratione conatur,& accuſare & defendere,& laudare,& uituperare: ſuadere,& diſſuadere,uel ipſi ruſtici hoc argumentandi genere utuntur. Cum.n. aliquid proponunt ſtatim aliquam ſubdunt rationē,qua propoſitum confirment. Cum autem ad aliquam artem hæc coner redigere animaduerti ad ſex formas, ut ſuperius deſcripſi,redigi poſſe, quorum exempla hæc ſunt.

1

Maior. Prudentes debent rhetoricæ ſtudere.
Concl. Vobis igitur rhetoricæ ſtudendum eſt.

2

Minor. Vos eſtis prudentes.
Concl. Vobis igitur rhetoricæ ſtudendum eſt.

3

Maior. Omnes prudentes debent rhetoricę ſtudere.
Minor. Quis autem ueſtrum non eſt prudens?

4

Minor. Vos eſtis prudentes.
Maior. Prudentes aũt debẽt rhetoricę opã dare.

5

Concl. Vos debetis rhetoricę inſeruire.
Maior. Quòd omnes prudentes id facere dẽnt.

6

Concl. Vos debetis rhetoricę operam dare.
Minor. Quòd uos prudentes eſtis.

De formis tripartitis.

Ex formis enthymematum ex tribus propoſitionibus perfectior eſt ſyllogiſmus eo modo confectus. quo traditur a logicis: cæterę tamẽ omnes,quas docebimus, eandem penè habebunt uim: præſertim quæ ex maiore,minore, & concl.conſtabunt. Nam ad quaſcunque propoſitiones aliqua ſequitur cõcl. eaſdem transpoſitas ſequitur eadem,logicorum teſtimonio.

1

Maior. Oẽs prudentes debent rhetoricę ſtudere.
Minor. Vos autem prudentes eſtis.
Concl. Vos igitur debetis rhetoricæ ſtudere.

2

Maior. Oẽs prudentes debent rhetoricę ſtudere.
Concl. Vos igitur debetis rhetoricæ ſtudere.
inor. Quia uos prudentes eſtis.

3

Maior. Oẽs prudentes debent rhetoricę ſtudere.
Rõ ma. Quod ita poſſunt facile ſua bona cõicare.
Concl. Vos igitur debetis rhetoricæ ſtudere.

4

Maior. Oẽs prudentes dẽnt rhetoricę inſeruire.
Rõ ma. Quòd ea p̄diti poſſunt multis benefacere
Minor. Quis autem ueſtrum non eſt prudens?

5

Minor. Vos quidem prudentes eſtis.
Maior. Hoĩb. aũt prudẽtib. rhetoricę ſtudẽdũ ẽ.
Concl. Vos igitur debetis rhetoricæ operã dare.

6

Minor. Vos prudentes eſtis.
Concl. Debetis igitur rhetoricę operam dare.
Maior. Quòd id oẽs prudentes facere debent.

7

Minor. Vos quidem prudentes eſtis
Rõ mi. Qđ in libris multis, & rõnib. verſati eſtis.
Concl. Vos igitur debetis rhetoricæ inſeruire.

8

Minor. Vos prudentes eſtis.
Rõ mi. Oẽs aũt prudẽtes debẽt rhetoricę ſtudere.
Concl. Ita.n. facile poſſunt ſua bona cõicare.

9

Concl. Vos quidem debetis rhetoricę inſeruire.
Minor. Quod prudentes id facere debent.
Minor. Vos autem prudentes eſtis.

10

Concl. Vos debetis rhetoricę ſtudere.
Minor. Quòd prudentes eſtis.
Maior. Omnes autem prudentes id facere dẽnt.

11

Concl. Vos debetis rhetoricę ſtudere.

Maior.

Maior. Quòd omnes prudẽtes id facere debent
Rõ maior. Vt quæ ſiunt, alios docere valeant.

12.

Concl. Vobis rhetoricæ ſtudendum eſt
Minor. Vos autem prudentes eſtis.
Rõ minor. Quòd & in libris, & in agendis rebus verſati eſtis.

13.

Maior. Oẽs prudentes dẽnt rhetoricæ ſtudere.
Minor. Vos autem prudentes eſtis
Maioris rõ. Hac enim ratione non ſibi ſolum, ſed alijs quoque vtiles ſunt.

14.

Minor. Vos quidem prudentes eſtis.
Maior. Oẽs aũt prudẽtes dẽnt rhetoricę ſtudere
Minoris rõ. Vos enim in ſtudijs bonarum litterarum, & actionibus verſati eſtis.

De formis emthymematum quadripartitis.

Nulla datur quadripartita forma enthymematis, quin adſit vel maioris, uel minoris ratio, vt ſuperius dictum eſt, vt in his exemplis apparet.

1.

Minor. Oẽs prudentes dẽnt rhetoricę ſtudere.
Rõ maior. Quòd ſine ea ſuam prudentiam cæteris communicare nequeunt.
Minor. Vos autem prudentis eſtis.
Concl. Vos igitur debetis rhetoricæ ſtudere.

2. Maior.

2.

Maior.	Oẽs prudentes dẽnt rhetoricæ ſtudere.
Concl.	Vos igitur debetis rhetoricæ ſtudere.
Minor.	Quòd vos prudentes eſtis
Minoris rõ.	Veſtræ enim actiones id apertiſſimè teſtantur.

3.

Maior.	Oẽs prudẽtes dẽnt rhetoricæ inſeruire.
Rõ maior.	Quòd hac rõne poſsũt multis prodeſſe.
Concl.	Cur igitur & vos non hoc facitis ?
Minor.	Quoniam prudentes eſtis.

4.

Maior.	Prudentes debent rhetoricæ ſtudere.
Minor.	Vos autem prudentes eſtis.
Rõ minor.	Quòd rerũ ſcientia,& vſu præditi eſtis.
Concl.	Vos igitur debetis rhetoricæ ſtudere.

5.

Minor.	Vos quidem prudentes eſtis.
Rõ minor.	Quòd rerũ vſu,& ſcientia præditi eſtis.
Maior.	Omnes autem prudentes rhetoricę ſeruire deſient.
Concl.	Vos igitur debetis rhetoricæ ſtudere.

6.

Minor.	Vos quidem prudentes eſtis.
Maior.	Omnes autem prudentes rhetoricæ ſtudere debent.
Rõ maior.	Quoniam ſic facilè poſſunt ſuam doctrinam cęteris impertiri.
Concl.	Vos igitur debetis rhetoricæ ſtudere.

7. Minor

7.

Minor. Vos prudentes eſtis.
Rō minor. Quod in ſtudijs litterarum, & actionibus verſati eſtis.
Concl. Vos igitur debetis rhetoricæ ſtudere.
Maior. Quòd omnes prudentes id facere dēnt.

8.

Minor. Vos quidem prudentes eſtis.
Concl. Vos igitur debetis rhetoricæ ſeruire.
Maior. Omnes enim prudentes id facere dēnt.
Rō maior. Vt ſuam prudentiam cæteris communicare poſſint.

9.

Maior. Oēs prudētes debēt rhetoricæ ſtudere.
Rō maior. Vt ſuam prudentiam cæteris communicare poſſint.
Minor. Vos autem prudentes eſtis.
Rō minor. Quod diu in litterarum ſtudijs,& agendis rebus verſati eſtis.

10.

Minor. Vos quidem prudentes eſtis.
Rō minor. Quòd id veſtræ act:ones teſtantur.
Maior. Omnes autem prudenres rhetoricæ ſtudere debent.
Rō maior. Quòd hac ratione poſſunt multis benefacere.

11.

Concl. Vos quidem debetis rhetoricæ ſtudere.
Maior. Omnes autem prudētes id facere dēnt.
Rō maior. Vt ſibi bona communicando, multos

con-

concilient.

Minor. Vos autem prudentes eſtis.

12.

Concl. Vos quidem debetis rhetoricæ ſtudere.
Maior. Quòd omnes prudentes id facere dẽnt.
Minor. Vos autem prudentes eſtis.
Rõ minor. Vt veſtræ actiones apertè teſtantur.

13.

Concl. Vos quidem debetis rhetoricæ ſtudere.
Minor. Vos enim prudentes eſtis.
Rõ minor. Quòd in litterarum ſtudijs, & agendis rebus verſati eſtis.
Maior. Omnes autem prudentes debent rhetoricæ ſtudere.

14.

Concl. Vos quidem debetis rhetoricæ ſtudere.
Minor. Quòd vos prudentes eſtis.
Maior. Omnes enim prudentes id facere dẽnt.
Rõ maior. Vt ſua bona cæteris communicent.

15.

Maior. Omnes prudentes debent rhetoricæ ſtudere.
Minor. Vos autem prudentes eſtis.
Rõ maior. Sic enim facile poſſunt ſua bona cæteris impertiri.
Concl. Vos igitur debetis rhetoricæ ſtudere.

16.

Minor. Vos quidem prudentes eſtis.
Maior. Omnes autem prudentes rhetoricæ ſtudere debent.

Ratio

Rō minor. Quod per eloquentiam facilè benefacere poſſunt.

Concl. Vos igitur rhetoricæ ſtudere debetis.

17.

Concl. Vos quidem debetis rhetoricæ ſtudere.

Maior. Omnes enim prudentes id facere dēnt.

Minor. Vos autem prudentes eſtis.

Rō minor. Sic enim facilè prudentes homines iuuare poſſunt.

18.

Concl. Vos quidem debetis rhetoricę ſtudere.

Minor. Vos enim prudentis eſtis.

Maior. Omnes autē prudentes debent rhetoricæ ſtudere.

Minoris rō. Vos enim in litterarum ſtudijs,& actionibus verſati eſtis.

De formis quinquepartitis.

Si tum maiori, tum minori ſuas addiderimus rationes fiet enthymema quinquepartitū, id autē quatuordecim modis fieri contingit.

1.

Maior. Omnes prudentes debent rhetoricę ſtudere.

Rō maior. Vt eloquentia cæteros homines iuuent.

Minor. Vos autem prudentes eſtis.

Rō minor. Quod veſtræ actiones teſtantur.

Concl. Vos igitur debetis rhetoricę ſtudere.

2. Maior.

2.

Maior. Omnes prudentes debent rhetoricæ ſtudere.

Rō maior. Vt quæ didicerunt alijs tradere poſſint.

Concl. Vos igitur debetis rhetoricam colere.

Minor. Vos enim prudentes eſtis.

Rō minor. Quòd in libris, & actionibus verſati eſtis.

3.

Minor. Vos eſtis quidem prudentes.

Rō minor. Quia in libris, & actionibus uerſati eſtis.

Maior. Omnes autem prudentes debent rhetoricæ ſtudere.

Rō maior. Vt cæteros homines iuuare poſſint.

Concl. Vos igitur debetis rhetoricæ ſtudere.

4.

Minor. Vos eſtis quidem prudentes.

Rō minor. Vos enim doctrina,& multo rerum vſu prediti eſtis.

Concl. Vos igitur debetis rhetoricæ ſtudere.

Maior. Omnes enim prudentes id facere debēt.

Rō maior. Vt ſuam prudentiam cæteris communicent.

5.

Concl. Vos quidem debetis rhetoricæ ſtudere.

Maior. Omnes enim prudentes id facere debēt.

Rō maior. Sic enim facilè poſſunt multis benefacere.

Minor. Vos autem prudentis eſtis.

Ratio

Rõ minor. Vos enim in libris,& multis actionibus verſati eſtis.

6.

Concl. Vos quidem debetis rhetoricæ ſtudere

Minor. Vos enim prudentes eſtis.

Rõ minor. Quòd veſtræ actiones teſtantur.

Maior. Omnes prudentes debent rhetoricę ſtudere.

Rõ maior. Vt poſſint per eloquentiam multos iuuare.

7.

Maior. Omnes prudentes debent rhetoricæ ſtudere.

Minor. Vos autem prudentes eſtis.

Maioris rõ. Illi enim per eloquẽtiam facile poſſunt cæteros iuuare.

Minoris rõ. Vos enim in actionibus,& libris diu verſati eſtis.

Concl. Vos igitur debetis rhetoricæ ſtudere.

8.

Minor. Vos quidem prudentes eſtis.

Maior. Omnes autem prudentes debent rhetoricæ ſtudere.

Minoris rõ. In rebus enim,& litterarum ſtudijs verſatis eſtis.

Maioris rõ. Sic enim facilè poſſunt multos iuuare.

Concl. Vos igitur debetis rhetoricæ ſtudere.

9.

Concl. Vos quidem debetis rhetoricæ ſtudere.

Maior. Omnes enim prudentes id facere dẽnt.

Minor.

Minor. Vos autem prudentes eſtis.
Maior. rō. Sic enim prudentes facile ſua bona communicant.
Minoris rō. Vos enim in litteris, & agendis rebus verſati eſtis.

10.

Concl. Vos quidem debetis rhetoricæ ſtudere.
Minor. Vos enim prudentes eſtis.
Maior. Prudentes autem debent rhetoricę ſtudere.
Minoris rō. Vos enim in litteris, & actionibus verſati eſtis,
Maioris rō. Quòd per eloquentiam facilè poſſunt prudentes iuuare.

11.

Maior. Omnes prudentes debent rhetoricæ ſtudere.
Minor. Vos autem prudentes eſtis.
Minoris rō. Quòd veſtræ actiones teſtantur.
Maioris rō. Sic enim facile poſſunt prudentes prodeſſe multis.
Concl. Vos igitur debetis rhetoricæ feruire.

12.

Minor. Vos quidem prudentes eſtis.
Maior. Omnes autem prudentes rhetoricæ ſtudere debent.
Minoris rō. Quis enim veſtrum in litteris, & actionibus verſatus non eſt?
Concl. Vos igitur debetis rhetoricæ ſtudere.

13

Concl. Vos quidem debetis rhetoricæ ſtudere.
Maior. Omnes enim prudentes id facere dẽt.
Minor. Vos autem prudentes eſtis.
Minoris rõ. Quòd in rebus, & litteris verſati eſtis.
Maioris rõ. Sic enim prudentes alios iuuare poterunt.

14.

Concl. Vos quidem debetis rhetoricæ ſtudere.
Minor. Vos enim prudentes eſtis.
Maior. Vos autem prudentes debetis rhetoricæ ſtudere.
Maioris rõ. Vt facile poſſint hominibus prodeſſe.
Minoris rõ. Quis enim veſtrum in litteris, & auctoribus verſatus non eſt?

De formis enthymematum compoſitorum & primum de ijs in quibus duo proponuntur.

Duo proponuntur. Omnes debent prudentiæ & eloquentiæ operam dare.
Eadem probantur vnica propoſitione. Debent enim omnes non ſolum ſibi per prudentiam prodeſſe verum etiam per eloquentiam eandẽ prudentiam cęteris communicare.

Illud eſt Cic. ex Oratione pro Quintio.

Quæ res in ciuitate duæ plurimum poſſunt, hæ contra nos ambæ faciunt in hoc tempore, ſumma gratia, & eloquentia: quarum alteram C. Aquilli vereor; alterum metuo.

Duæ rationes in vnica periculo.

Eloquentia Quin. Hortenſij ne me dicendo impediat

pediat nō nihil commoueor: gratia ſex. Neuij ne P. Quinctio nocent, id vero non mediocriter pertimeſco.

Propoſitio duo continens.

Omnes debent prudentiæ, & eloquentiæ ſtudere.

Probantur duabus rationibus ſeiunctis.

Omnes debent per prudentiam bonum a malo dignoſcere prudens debet, quod bonum eſt cæteris par eloquentiam perſuadere.

Propoſitio tria continens.

Tria requiruntur, vt quis perfectus orator ſit natura, doctrina, & exercitatio.

Hæc probantur in vnica periodo.

Natura enim ad loquendum hominem aptum reddit, ars certam dicendi uiam tradit, exercitatio autem habitum generat, ex quibus omnibus perfectus orator exiſtit.

Tria proponuntur in unica periodo.

Tria requiruntur, vt quis perfectus orator ſit, natura, ars, & exercitatio.

Prima ratio.

Quod enim natura negat, id homo minimè conſequi poteſt: ob id dictum eſt: nihil inuita dices facies ſuæ minerua.

Secunda ratio.

Quo autem modo qui caſu non ex arte loquitur poterit ſemper ſe idem facturum ſibi promittere?

Tertia ratio.

Cum enim in agendis rebus non ratio ſolum,

quæ præcipit agendi modum, atque viam,& natura, quæ nos ad idem propenſos reddit,ſed inſtrumenta concurrāt,vt ad canendum labia,quæ niſi id ſæpe faciant, bene omninò id facere non poſſunt, ſic & in oratore exercitatiò, quæ præſtat habitum, requiritur.

Propoſitio continens quatuor.

Quæ quatuor res in ſummo Imperatore requiruntur in Pompeio ſumma ſunt,rei militaris ſcientia,virtus,auctoritas, felicitas.

Quatuor rationes hæc quatuor probantes in unica periodo.

Nam ab ineunte ætate ſemper militiæ verſatus eſt: infinitis penè in locis non ſolum bella geſſit, ſed mirabili celeritate confecit: egregiarum rerum omnium. ab eo exempla petuntur: & eius uoluntatibus non modo ciues aſſenſerint, ſocij obtempe rarint, hoſtes obedierint :ſed etiam venti, tempeſtateſque obſecundarint.

Aliud exemplum ex primo de inuentione Cic.

Cum preſertim hoc vnum ſit, quod ad oēs res & priuatas, & publicas maxime pertineat hoc tota hoc honeſta,hoc illuſtris, hoc eodem vita iucunda eſt.

Rationes quatuor quibus probantur ſuperiora in unica periodo.

Nam hinc ad remp. plurima commoda veniunt ſi moderatrix omnium rerum prēſto ſit ſapientia, hinc ad ipſos,qui ea adepti ſunt laus, honor, digni tas confluit, hinc amicis quoque eorum certiſſimū

ac tutiſſimum prǫſidium comparatur.

Iterum quatuor proponuntur quibus ſingulæ rationes reſpondent.

Quæ quatuor res in ſummo imperatore eſſe debent, in Pompeio ſunt rei mulieris ſcientia, virtus auctoritas, fęlicitas.

Prima ratio.

Nam ab ineunte ætate non miles, ſed imperator diuerſis in locis terra, marique multis, maximisq. in bellis verſatus eſt.

Ratio ſecunda.

Quis enim tot bella legit, quot ipſe confecit celeritate mirabili?

Tertia ratio.

Tanta enim eſt eius auctoritas, vt omnes ab hoc vno omnium rerum maximarum, exempla petantur.

Quarta ratio.

Quis enim maiori vnquàm fuit felicitate cum eius voluntatibus non ſolum ciues aſſenſerint, ſocij obtemperarint, hoſtes obedierint, ſed etiam venti tempeſtateſque obſecumdarint?

Tres cautiones in enthymematibus compoſitis.

Prima eſt. Plura quàm quatuor non ſunt in illis includenda, ne multitudine partium auditoris animus confundatur: pręſertim cum poſſimus, ſi quãdo plura dicenda ſunt; & quamlibet illarum partium in alias partes diſtribuere.

Secunda: Hæ formæ enthymematum poſſunt variari penè omnibus modis, quibus, & ſimplices:

cauendum tamen eſt, ne in vnico periodo tot includantur, tum quòd eſſet omnium difficillimum, tum quòd periodus eſſet nimis longa, vel res nudas abſque nullo ornamento proferri neceſſe eſſet, quod in oratione uitium eſt.

Tertia. Hæc argumentationum genera duabus in locis tantummodo accommodari poſtulát, vel in tota oratione vt ſcilicet totam orationem complectetur, vel in proęmijs. vt in ſequentibus, & ſuperioribus exemplis & pro Archia & in Vatinium videre licet.

De Sorite.

Præter has argumentandi formas dantur aliæ duæ, quæ licet diuerſæ videantur: non tamen ſunt à ſuperioribus genere diuerſæ, vt in exemplis apparet. Conſtet enim ex pluribus argumentationibus aceruatim conuolutis ſorites, & dilemma, ſic hæ vocantur argumentationes. De ſorite primum dicamus. quo vtuntur auctores cum aliquid probare velint, cuius cauſa, à qua dependet ignota eſt, quæ quidem ab alijs dependet cauſſis, quæ notiores ſunt. quamobrem a prima cauſa nota, in ignotam, & ab ea per illam notam in cognitionẽ concluſionis peruenimus, quæ hac ratiocinatione notiſſima fit. Hæc autem argumentatio cum perito auditore egeat. qui ſcilicet longius per cauſſas intueri poſſit: non ſatis apta eſt, quæ probetur in vulgus. ob id ea, quòd ſuam in orationibus nunquam viſus eſt Cicero. Notandum præterea hoc genus argumentationis ſæpe fallax eſſe, & captioſum:

ptioſum:

ptioſum: vt in ſequenti exemplo apparet.

1 Si quis habet naturam, vt ſit orator accedente doctrina & exercitatione fit optimus orator.

2 Optimus autem orator multis benefacit.

3 Qui vero multis benefacit, Deo gratus eſt.

4 Hic autem adijt hæreditatem ęternam.

5 Igitur qui habet naturam, vt ſit orator, doctrinam, & exercitationem, æternam hæreditatem adijt.

Videte quam ſit hoc exemplum apparens, & fallax.

Hoc exemplum eſt Cicer. ex 1. Tuſculan.

1 Quidquid ſit, quod bonum ſit, id expetendū.

2 Quod autem expetendum, id certe approbandum.

3 Quod vero approbandum, id gratum, acceptumq; habendum.

4 Ergo etiam dignitas ei tribuenda eſt.

5 Bonum igitur omne laudabile, ex quo efficitur, vt quod honeſtum eſt, ſit ſolum bonū.

Euſtratius ſic argumentatur in primum librum Moral. Ariſt.

Qui cognoſcit quæ natura ſit rei, quam iudicare vult, is eius cognitionem adeptus eſt.

Qui vero cognitionem adeptus eſt regulam & normam habet.

Qui autem normam habet, habet id, quo rem iudicaturus eſt.

Quod qui eſt conſecutus iam habet quo recte

ferre iudicium poſſit.

Contra vero qui non cognoſcit, vnde ille bonus iudex, hic prauus eſt.

De dilemmate.

In dilemmate duo enthymemata contrarijs rebus confecta requiruntur: præſertim ijs rebus contrarijs, in quibus mediũ non datur. vel repugnantibus. Ex quibus vna concluſio proficiſcitur. Vt in ſequenti exemplo: ſiue velis remp. capeſſere ſiue priuatam tantum adminiſtrare, debes litteris inſeruire.

Cicero. Ad curionem lib. 2. Epiſt.

Tu tamen ſiue habes aliquam ſpem de rep. ſiue deſperas ea para, meditare, cogita, quæ eſſe debent in eo ciue, ac viro, qui ſit remp. afflictam, & oppreſſam miſeris temporibus ac perditis moribus in veterem libertatem, ac dignitatem vindicaturus.

Idem pro Archia.

Hæc vero ſiue a meo ſenſu poſt mortem affutura ſunt, ſiue, vt ſapientiſſimi homines putauerunt ad aliquam animi mei partem pertinebũt, nunc quidem certè cogitatione quadam, ſpeque delector.

His autem argumentationibus ſi addiderimus aſſuptionem, & concluſionem; erit perfecta argumentatio: hoc modo.

Tu ſiue velis remp. capeſcere, ſiue rem priuatam adminiſtrare; debes litteris inſeruire.

Sed alterutrum facere neceſſe eſt.

Tu

Tu igitur debes literis inſeruire.

Rationes, & præcepta, ampliandi ſuperiores formas.

Præceptum primum.

Quotieſcunque in prima ſede ponitur concluſio in ſuperioribus formis, eadem concluſio renouandæ memoriæ cauſſa, poteſt repeti; & in poſtremo loco: ut fieri poteſt in decima forma tripartita, hoc modo.

Concl. Vos quidem debetis rhetoricæ ſtudere.
Minor. Quòd prudentes eſtis.
Maior. Prudenter enim debent rhetoricæ ſtudere.

Repetitio Concluſionis

Vos igitur debetis rethoricæ ſtudere.

Illud idem facit Cicero plurimis in locis, imo ſemper cum prima concluſio aliquantulum diſtat a fine ratiocinationis. vt non facilè per ea, quæ dicta ſunt ad probandum: poſſint auditores, concluſionem, quæ propoſitionis loco poſita eſt, recordari. Hoc conſideretur in ſequenti Ciceronis argumentatione ex oratione pro lege Manilia.

Concluſio.

Ac ne illud quidem nobis negligendum eſt, qđ mihi ego extremum propoſueram, cum eſſem de genere belli dicturus, quòd ad multorum bona ciuium Rom. pertinet: quorum vobis pro veſtra ſapientia, Quirites, habenda eſt ratio diligenter.

Minor.

Minor.

Nam & publicani homines, & honeſtiſſimi, & ornatiſſimi ſuas rationes,& copias in illam prouinciam contulerunt,quorum ipſorum per ſe res, & fortunæ curæ vobis eſſe debent.

Ratio minoris.

Etenim ſi vectigalia neruos eſſe reip.ſemper diximus, eum certè ordinem, qui exercet illa, firmamentum cæterorum ordinum rectè eſſe dicemus.

Altera minor.

Deinde cæteris ex ordinibus homines naui, & induſtrij, partim in Aſia negociantur, quibus vos abſentibus conſulere debetis, partim ſuas, & ſuorum in ea prouincia pecunias magnas collocatas habent.

Repetitio concluſionis.

Erit igitur humanitatis veſtræ, magnum eorum ciuium munerum calamitate prohibere.

Id autem maxime ſit in tota oratione,ut in oratione pro Archia Poeta ad calcem libri poſita cerni poteſt.

Præceptum ſecundum.

Cum in longiori argumentatione adeſt in poſtremo loco concluſio:tam ſi eſt in primo,quàm ſi non eſt. poteſt addi ratio aliqua concluſionis, uel eadem ipſa, quę eſt maioris ratio; præſertim ſi aliquantulum diſtat a concluſione. vt in ſequentibus exemplis præclare.

Maior. Omnes prudentes debent rhetoricæ ſtudere.

Ratio

Rō mai. Quòd per eam alios facile erudire poſſunt.

Minor. Vos autem prudentes eſtis.

Concl. Vos igitur debetis rhetoricæ ſtudere.

Rō cōc. Vt alios eloquentia erudire poſſitis.

Illud eſt Cicer. ex Epiſtola 2. lib.7. Fam.

Concluſio.

Credas mihi uelim, magis me iudicio hoc) q̃ morte inimici, eſſe lætatum.

Minor.

Primum enim iudicio malo, quàm gladio.

Altera minor.

Deinde gloria potius amici, quàm calamitate.

Minor tertia.

In primis me delectauit tantum ſtudium bonorum in me extitiſſe contra incredibilem contentionem clariſſimi ac potentiſſimi uiri.

Minor quarta.

Poſtremo, quòd vix, veriſimile fortaſſe videtur, oderam multo peius hunc, quàm illum ipſum Clodium.

Ratio huius minoris.

Illum enim oppugnaram: hunc defenderam.

Nonnullis præterea additis hoc modo concluſionem repetit.

Quamobrem valde iubeo gaudere te.

Huius concluſionis ratio.

Magna res geſta eſt, & quæ ſequuntur.

In oratione in Vatinium poſt complexionem ſic ait idem Cicero.

Etenim debuiſti Vatini, etiam ſi falſo veniſſes in ſuſpicionem P. ſextio; tamen mihi ignoſcere debuiſſes, ſi in tanto hominis de me optime meriti periculo, & tempori, & eius voluntati parere voluiſſem.

Præceptum tertium.

Vbicunq; ponitur aliqua ratio vel maioris, uel minoris, vel concluſionis, poſſunt ibi vel duæ, vel tres, vel plures poni, vt magis locus illuſtretur, & amplificetur. Id. fit a Cicerone in Paradoxis hoc ordine. Primum ponitur propoſitio probanda. Hæc ſecundo loco probatur aliqua ratione. cui additur aliqua ſententia ad id, quòd propoſitum eſt probandum accommodata. Huic ſententiæ adiungitur ratio. Poſt hæc ratio a ſimili primum, deinde a contrario, poſtremum exemplū, vel exempla, his omnibus vltimo loco additur concluſio.

Exempla hæc ſunt.

Forma ſexta ex bipartitis.

Concl.	Vos debetis rhetoricæ operam dare.
Minor.	Primum, quòd vos prudentes eſtis.
2. ratio.	Deinde, quòd turpe eſt non poſſe oratione ſe defendere.
3. ratio.	Poſtea ne vobis ſolis commodi ſitis, ſed & alijs.
4. ratio.	Tum, vt honorem, & vtilitatem vobis comparetis,

5. ra-

5.ratio. Poſtremum, ut omnib. hominibus eloquentia præſtetis.

Ciceronianum exemplum ſit illud, quod ſuperius poſitum eſt de duplici concluſione vbi quatuor maiores ſunt; ideſt propoſitionis rationes.

Apertiſſimum etiam eſt hoc in oratione pro Marcello vbi probat illud: ſunt tamen alia maiora (cuius pars poſita eſt ſupra in formis compoſitis) quod probat ex rationibus tribus oſtendit quod minus tribus quod maius eſt: id videndum eſt loco ſuo.

Quartum præceptum.

Omnis propoſitio poſtremo loco poſita poteſt duplicari prępoſita ei propoſitioni, quæ additur, coniunctione prȩſertim, vel ſed etiam ſi præcedit non ſolum, vel aliud huiuſmodi, & ſine coniunctione nonnunquam. Et propoſitio addita eſt ſequentis Enthymematis pars.

Exemplum pro lege Man. ſine coniunctione.

Erit igitur humanitatis veſtræ magnum eorum numerum calamitate prohibere.

Hæc additur.

Sapientiæ videre multorum ciuium calamitatem a rep. ſeiunctam eſſe non poſſe.

Hæc autem eſt pars ſequentis Enthymematis.

Exemplum cum coniunctione, ſed etiam.

Itaq; hęc vobis prouincia, Quirites, ſi & belli vtilitatem, & pacis dignitatem ſuſtinere vultis non modo a calamitate

Hæc

Hæc additur.

Sed etiam a metu calamitatis eſt defendenda.

Exemplum aliud ornamentis nudum.

Concl. Vos debetis rhetoricæ ſtudere.
Minor. Quòd non ſolum prudentes eſtis.

Additio.

Sed alios quoque prudentes reddere deſideratis.

Quintum præceptum.

Omnes formæ, de quibus hic agitur, conditionalem formam recipiunt. Vt hic apparet.

Propo. Si omnes prudentes debent rhetoricæ ſtudere, & uos id facere debetis.
Aſſum. At omnes prudentes id facere debent.
Concl. Vos igitur rhetoricę ſtudere debetis.

Illud Cicer. eſt in Orat. pro lege Man.

Itaq; hęc uobis prouincia quirites, ſi &c. id ſcriptum eſt ſuperiùs.

Sextum præceptum.

Omnes pręterea formæ omnes ſyllogiſmorum figuras admittunt: habita tamen ratione tum materiæ, tũ concluſionis, quam probare intendimus. Nam ſi concluſio erit particularis tertiã admittit figuram, ſi negatiua ſecundum: prima vero omnes concluſiones recipit. Si medium erit ſignum innominatum, quod ſe habet vt particulare ad uniuerſale, fiet in tertia figura.

Vt Socrates eſt ſapiens.
Socrates eſt iuſtus.
Iuſti igitur ſapientes.

Hic quoque non perfectus Syllogiſmus eſt, nihil

hil enim tertię figuræ,niſi medij ſitum,habet.

Sin autem erit medium ſignum, quod ſe habet ad id, cuius eſt ſignum, ſit uniuerſale ad particulare fietin ſecunda figura hoc modo:qui tamen im perfectus eſt,nec logicè concludit.

Si tecmirion erit medium figuram primam recipit. tum ſecundam,ſi concluſio eſt negatiua,tum tertiam:ſi particularis,& hoc fieri poteſt rectè, ut docent logici ita, ut habeat omnes conditiones. quæ ad perfectionem Syllogiſmi requiruntur.

Qui febrem habet anhelat.
Hic anhelat.
Hic igitur febrem habet.

Septimum præceptum.

Ex oī concluſione alia cócluſio deduci pōt præpoſita itaque, quare,uel aliud tale, quæ deducatur rōne uel formæ,uel materiæ. Ratione autem materiæ fit tripliciter, ut docet Ariſtó.lib. 1.rhetoricorum capite de bonis confeſſis. Ait enim. Tribus autem modis aliquid eſſe conſequens dicitur. Vel enim ſimul,uel poſtea, uel ui, & facultate. Vt ſi quis diſcit conſequitur,ut ſciat,ſed poſtea: ſi bene ualet conſequitur ut uiuat, ſed ſimul: Vi uero & poteſtate, ut ſacrilegus eſt: ergo fur eſt. Ratione uero formæ, ut omnis homo currit ergo: aliquis homo currit. Quot autem modis id fiat diſcendum eſt a logicis. Sed iam hic locus illuſtratus exemplis,tam noſtris,quàm Ciceronianis.

Prima forma tripartita.

Maior. Omnes prudentes debent rhetoricæ ſtudere.

ſtudere.

Minor. Vos autem prudentes eſtis.

Concl. Vos igitur debetis rhetoricæ ſtudere.

Hinc hæc deduci poteſt concl. ratione formæ.

Falſum dicunt igitur qui dicunt nemini rhetoricæ ſtudendum eſſe.

Ratione vero materiæ ſi dixeris.

Igitur uobis in litteris elaborandum eſt.

Hic fortaſſe locus illuſtrior fiet, ſi aliquod ciceronianum exemplum appoſuerimus illud autẽ deſumptum eſt ex oratione pro lege Man.

Nam cum antea per ætatem nondum auctoritatem huius loci contingere auderem. ſtatueremque nihil huc niſi perfectum ingenio elaboratum induſtria, afferri oportere; omne meum tempus amicorum temporibus tranſmittendum putaui.

Hinc deducitur hęc conſequentia ratione materię.

Itaque neque hic locus vacuus vnquam fuit ab ijs qui veſtram cauſſam defenderent, & meus labur in priuatorum periculis caſtè; integreque verſatus ex veſtro iudicio fructum eſt ampliſſimum conſecutus.

Octauum pręceptum

Ad ſuperiora conſequentia poſſunt accommodari ſuperiores formę omnes, quæ in prima ſede habent concluſionem. Hæ enim ſemper ſunt concluſiones non antecedentis licet ab eo deducantur (non enim ſatis ex ſuperioribus, a quibus proficiſcuntur, notæ ſunt) ſed enthymematis ſequentis, & hæc

hæc adhibere rectè, maximè artificioſum eſt. Illud in exemplum ſit.

Maio. Omnes prudentes debent rhetoricæ ſtudere.

Minor. Vos autem prudentes eſtis.

Concl. Vos igitur debetis rhetoricæ ſtudere.

Cóſequens. Falluntur igitur qui dicunt nemini & concl. rhetoricæ ſtudendum eſſe.

Maior. Omnis enim homo debet illis rebus inſeruire, quibus poſſint hominibus benefacere.

Minor. At rhetorica eſt huiuſmodi.

Alia concl. Vos igitur debetis rhetoricæ ſtudere.

Cic. exemplum pro lege man.

Nam cum propter dilationem comitiorum ter prętor primus cẽturijs cunctis renunciatus ſum, facile intellexi quirites, & quid de me iudicaretis, & quid alijs præſcriberetis.

Hæc eſt ratio addita ſuperiori concluſioni, ex quo cóficitur aliud enthymema: concluſio, quæ eſt ratione materiæ illa eſt: itaque neque hic locus.

Præceptum nonum.

Ratio alicuius propoſitionis vel maioris, vel minoris, vel concluſionis, poteſt ſimul includi in vnica propoſitione, quomodo dictum eſt ſuperius. vbi rationem copulandi propoſitiones docuimus. Vt. Et quoniam ſemper appetentes. Quando autem id maxime faciendum ſit vide in præcepto decimo ſeptimo.

Præceptum decimum.

Superiori exemplo poſſumus eleganter aliam addere rationem ita, vt in medio ſit propoſitio, quã probare intendimus, & altera ratio præcedat, altera ſequatur. vt per lege man. ait Cic.

Prima ratio.

Et; quoniam ſemper appetentes gloriæ, præter cæteras gentes, atque auidi lauidis fuiſtis.

Propoſitio probanda, & probata.

Delenda eſt vobis illa macula mithridatico bello ſuſcepta. quæ penitus iam inſedit, atque inueterauit in P. R. nomine.

Ratio ſecunda.

Quod is, qui vna die tota Aria tot in ciuitatibus, vno nuncio, atque vna litteratum ſignificatione ciues romanos, necandos, trucidãdosque denotauit, non modo adhuc pœnam nullam ſuo dignam ſcelere ſuſcepit; ſed ab illo tempore annum iam tertium, & vigeſimum regnat.

Præceptum vndecimum.

Vbicunq; ponitur aliqua minor poſſunt, & duæ, & plures addi, & ſingulis ſingulæ rationes adiungi; poſtremo loco apponenda eſt vnica concluſio, quæ tamen tot contineat, quot probata ſunt; vel tot concluſiones, quot fuerunt minores.

Exemplum.

Sapiĕtiæ videre multorum ciuium calamitatem a rep. ſeiunctam eſſe non poſſe.

Minor.

Etenim illud primum parui refert, uos publica-

nis amiſſa vectigalia poſtea victoria recuperare.

Ratio huius minoris.

Neque enim iiſdem redimendi facultas erit propter calamitatem, neque alijs voluntas propter timorem.

Secunda minor.

Deinde quod nos eadem Aſia, atque idem iſte Mithridates mitio belli Aſiatici docuit, id quod certe calamitate docti memoria retinere debemus.

Ratio ſecundæ minoris.

Nam tum cum in Aſia res magnas per multi amiſerunt, ſcimus Romæ fidem concidiſſe ſolutione impedita.

Maior ſecundę minoris.

Non enim poſſunt vna in ciuitate multa rem, atque fortunas amittere, ut non plures ſecum in eandem calamitatem trahant.

Concluſio horum omnium.

A quo periculo prohibete Remp.& mihi credite, quod ipſi videtis:hęc fides,atque hec ratio pecuniarum,quę Romæ, quę in foro,verſatur implicita eſt cũ illis pecunijs Aſiaticis, & cohæret:ruere illa non poſſunt, vt hæc non eadem labefactata motu concidant.

Aliud exemplum Ciceronis, in quo duæ concluſiones exiſtunt.quę ſolę hic appoſitę ſunt.

Prima concl.

Bono te animo.Q.Hortenſi P.R. & cęteros, qui erant in eadem ſententia,dicere exiſtimauit ea,quæ ſentiebatis:ſed tamen in ſalute communi idẽ.P.R.

dolori ſuo maluit, quàm auctoritati veſtræ obtemperare.

Secunda concl.

Itaque vna lex, vnus vir, non modo nos illa miſeria, ac turpitudine liberauit, ſed etiam effecit, vt aliquando verè videremus omnibus gentibus, ac nationibus terra, marique imperare.

Oratio quoquæ pro Archia hoc modo ſe habet, multæ aliæ.

Præceptum duodecimum.

Omnes deſcriptę formæ poſſunt vel totam orationē, vel principales partes, vel particulas ueſtire, imo & totam orationem, & partes, & particulas complectuntur: quibus omnibus ſua accommodanda eſt concl. vel ſubaudienda. quæ ſi refertur ad totam orationem peroratio dicitur, Vt pro Archia Poeta.

Quare conſeruate iudices &c.

Si eſt alicuius maximę partis côc. vel parua peroratio dici pôt. vel complexio, ut illa pro lege Man.

Quare videte nū dubitandum vobis ſit omni ſtudio ad id bellum incumbere, in quo gloria nominis veſtri, ſalus ſociorum vectigalia, maxima fortunæ plurimorum ciuium cum rep. defenduntur.

Si alicuius particulæ concluſio: vel aſſumptio dicitur: vt dictum eſt. Tota uis diſtributionis in hoc poſita eſt, vt ſi unica res in oratione tractetur vnicum adſit enthimema, quod ſit quaſi totius orationis oſſa. Hoc autem pluribus enthymematibus tanquam neruis & muſculis roborandum eſt; quæ poſtremum omnia pelle, & uarijs colori-

coloribus rhetoricis exornanda ſunt. Quod ut illuſtretur exemplum aliquod noſtrum in fine apponetur; & aliquod Ciceronianum. ubi, & vnica res tractetur; & duæ, quę pro Archia in oratione ſunt.

Præceptum decimum tertium.

Illud memoria tenendũ eſt, quod quemadmodũ non omnes ueſtes omnes homines decent, ſic non omnes hę formæ omnibus animi noſtri ſenſibus accomodari poſſunt, quòd id minimè decet. Nam, ut ait, Ariſt. primo rethoricorum, ſi quid notum eſt, tacendum eſt, ob id maximum iudicium adhibendũ eſt, ne dum copiam ratiocinationum quærimus in ridicula & futilia incurramus. Nam ut turpe eſt in oratione aliquid prætermittere, quod uim probãdi habeat, ſic turpiſſimum eſſe exiſtimo in oratione illa intereſſe, quæ ad rem nihil faciant. Quidquid. n. nõ prodeſt in oratione, obſit neceſſe eſt, aliarum. n. rerum uidentur fidem reſignare. Quod non ſolum ab oratore alienum eſt, ſed eius officio maxime repugnat.

Præceptum decimum quartum.

Illud quoq; cognitione dignum eſt. Quod cum poſſimus, ut dictum eſt plures propoſitiones in vnum ita conglutinare, ut unica ſit periodus, & quamlibet propoſitionem ita amplificare, ut quaſi in infinitum multiplicetur, animaduertere debemus in omni argumentatione, quæ totam orationem complexura ſit, unicam propoſitionem dari, quæ amplificanda ſit. Hæc autem erit vel maior, vel minor cum ſuis rationibus: cęteræ verò, pe-

ac more dialectico proferuntur, vt illa maior pro Archia.

Data eſt ciuitas Siluani lege & Carbonis: ſi qui fœderatis ciuitatibus adſcripti fuiſſent, ſi tum cum lex ferebatur Romæ domicilium habuiſſent: et ſi ſexaginta diebus apud pretorem P.R. profeſſi eſſent.

Hic nihil preſſius dici poterat. Idem obſeruandũ eſt in oratione pro lege Man. ubi laudat Pompeiũ. Videtur.n.tantumodo uerſari in minore probanda. In Pompeio, ſcilicet eſſe ſummã virtutum, omniaque quæ in ſummo imperatore eſſe debent. In ſecũda tamen parte orationis pro Archia ubi Archię dignitatem docet, in vtraq; propoſitione verſatur. Nã non ſolum oſtendit, Archiam eſſe dignum romana Ciuitate, verum hæc humaniora ſtudia eſſe digniſſima, multis argumentis oſtendit. Hæc tamen omnia dicuntur: ut Archiæ dignitas oſtenderetur: quo in loco illud maxime memoria tenendum eſt, quod ſæpius diximus ne videlicet quid notum dicamus. Quid autem illud ſit quod notum dicatur, ſupra dictum eſt.

Præceptum decimum quintum.

Cum inter ſuperiores formas poſuerim nonnullas ſine concluſione uidentur omnino vim concludendi habere minimè poſſe. & ob id dignæ, quæ ab alijs ſegregentur: præſertim quòd in mea dixerim præfatione, omnes vim concludendi habere. Vt autem hęc dubitatio protinus ab animo eruatur; ſciẽdum eſt, quòd (ut ſupra dictũ eſt) dum ageremus

de

de formis,quæ vnicam propoſitionem complectuntur, quædam loquendi formulæ dantur ad id ita accommodatæ, vt in illis plura intelligantur, quàm quæ proferuntur. quibus ſi recte vtaris; cognoſces profecto multum luminis ad cognitionem afferre.

Præceptum decimum ſextum.

Illud in formis, in quibus inter propoſitionem, & ſuam rationẽ alia propoſitio intercedit, animaduertendum eſt, quòd ſi quis recte illis vti voluerit,neceſſe eſt, vt quæ interpoſita eſt propoſitio,breuiſſima ſit. ne auditor propter longitudinem temporis conſumpti, dum longiorem periodum proferas; propoſitionis,quam probare intendis, obliuiſcatur. Cic. n. id fecit diligenter in oratione pro Archia inter narrationem, quæ minor eſt, & illius rationes interpoſuit maiorem,quam in præcepto decimo quarto reperies conſcriptam. & paucioribus verbis exornatam.

Præceptum decimum ſeptimum.

Quòd in ſuperioribus formis admonuimus, illud maximè obſeruandum eſt in quinquepartitis formis; in quibus nõ ſolum vnica interponitur nõ nunquã propoſitio inter aliquam aliam propoſitionem, & huius rationẽ; ſed duæ intercedunt, quæ ſi pluribus verbis exornẽtur; neſcit profecto auditor, quò dirigantur orationes,quæ ab oratore proferuntur, vt illa probetur propoſitio, poſtquam aliæ propoſitiones prolatæ ſint. Maior igitur cautio in his adhibenda eſt. Præterea in poſtremis quatuor, quinquepartitis formis vbi inter aliquam propoſi-

tionem,& eius orationem interponitur alia propoſitio cum ſua ratione.hæc ſi unica periodo includátur; optimum conſilium erit. Quot autem,& quibus modis id fieri poſſit diximus ſuperiùs.illud aũt in exemplum ſit, quod in poſteriori forma duplici propoſitione expoſuimus in hanc unam redactum.

Cum prudentes per eloquentiam facilè hominibus prodeſſe poſſint, debét rhetoricę operá dare.

Id autem faciendum eſſe, & alibi docuimus in præcepto nono.

Præceptum decimum octauum.

Quotieſcunq; duo, vel tria, vel quatuor in aliqua propoſitione proponuntur,& prima pars multis argumentis illuſtrata eſt, nõ debemus ad probationes ſecundæ partis accedere, priùs quàm aliqua ratione repetita fuerit illa pars, quam ibi probare intendimus.Hoc facit Cic.in Oratione pro Archia his verbis.At domicilium non habuit is.Heracleæ eum adſcriptum negabis?

At nõ eſt profeſſus? idẽ facit in cæteris orationib. idq; ꝙ memoria auditoris ſæpe renouanda eſt neq; ei unquam fidendum. Nequit.n.rudis auditor longius intueri,qui uix cernit ea, quæ ſibi ante oculos verſantur.Neq; facile homo recordatur ea, quæ ſemel audiuerit: prę ſertim cum non magni ſua inter eſſe exiſtimat.

Præceptum decimum nonum.

Illud quoque diligenti animaduerſione dignum eſt, non ſolum ad aliorum ſcripta intelligenda, uerum etiam, vt rectè animi noſtri ſenſus explicare

poſſimus.

poſſimus, Nonnuq̃ ex enthimemate, vel maioré, uel minoré auferi, & propoſitionis ſublatæ poni rationem, id autem non ſolum eſt frequentiſſimũ apud Ciceronem in orationibus, verum apud Ariſtotelé. vt cap. ſecundo Moralium ad Nichom. ait, ſi igitur agendorum rerum finis aliquis eſt, quem propter ipſum, & propter quem alia volumus, neque omnia ob aliud eligimus; infinitus. n. ita fieret progreſſus, vanuſque, & inanis appetitus noſter eſſet, pſpicuũ eſt eum ſummũ bonum, atque optimũ futurũ.

Hic deeſt aſſumptio illa, ſed agendarum rerum finis aliquis eſt, cuius ratio illa eſt: infinitus. n. quod autem rerum ita, ſe habeat, teſtis eſt Euſtratius in eundem locum, idem facit in ſecunda parte rhetoricorum ad Theodectem vbi adeſt Enthymema quadripartitum, minor tamen abeſt, & eius rõ adeſt. Neque hoc ſolum fit ſæpe, ſed illud quoque propoſitionis, ſcilicet ſublatæ ponitur concluſio, quæ ratione conſequentiæ proficiſcitur. id vel ratione formæ, vel ratione materiæ, vt in oratione pro Archia legitur. Ibi. n. ſic ſcriptum legimus. Ac ne quis hoc ita hæc: eſt concl. minoris; quæ deeſt. ſubiungit deinde. Etenim omnes artes, quæ ad humanitatem: quæ maior in ſyllogiſmo eſſet, Minor ſublata hęc eſt. ſed oratoria facultas, & poetica pertinent ad humanitatem. concl. enthymematis quoque deeſt ratione formæ, ſed adeſt conſequentia ratione materię, quæ eſt: hæc a me dici nemini mirũ uide debet.

Præceptum uigeſimum.

Illud quoque in hac arte non negligendum eſt

ei,qui hanc ſibi penitus diſcēdam cenſet,quòd quę libet propoſitio illius enthymematis, quod totam orationem complectitur diuerſis habitis rationibus,diuerſa poteſt referri nomina, diuerſiſq; munneribus fungi. Poteſt.n.eſſe & maior & minor,& horū̃ rationes, & concluſio. Quemadmodum.n. & corpus in ratione ſubſtantię dicitur, & eſt genus ſi referatur ad ea quę ſibi ſubiecta ſunt;& ſpecies,ſi ad ea, quæ illud continent; quin & hac ratione non poſſunt propoſitiones in oratione conſiderari? Hoc & ſi mediocriter in orationibus ciceronianis eruditis ſatis compertum eſſe poteſt, aliquo tamen exemplo illuſtrandum exiſtimo.ſic ait Cic.pro Archia

Venit Heracleam.quæ cum eſſet Ciuitas æquiſſimo iure,ac fœdere adſcribi ſe in ea Ciuitate uoluit, idque cum ipſe p ſe dignus putaretur, tum auctoritate, & gratia Luculli ab Heraclienſibus impetrauit.

Hæc propoſitio in tota oratione eſt minor, uel vna ex quatuor minoribus, cui tamen cum addatur illa ratio.

Adeſt uir ſumma auctoritate, religione, & fide L.Lucullus,qui ſe non opinari,ſed ſcire,nō audiuiſſe,ſed uidiſſe,non interfuiſſe, ſed egiſſe dicit.

fit concluſio. Quare & minor, & concluſio ſi recte conſideratur,dici poteſt,& eſt.

Præterea hæc quoque ratio, quę in hoc particulari enthimemate minoris officio fungitur, ſi ad uniuerſale enthymema referatur, eſt minoris ratio, ſi alia quadam ratione hæc omnia conſideraueriſmus;

illa

illa propoſitio erit narrationis pars, hęc uero cōfirmationis,uel fidei. Hæc omnia diligenter debet ſtudioſus animaduertere eum ſi ſolum ciceroniana ſcripta intelligere capit,tum magis,ſi ea imitatione conſequi conatur.

Forma enthymematis orationis pro Archia ablato proemio.

1 Concl. continens duo.

2 Minor complectens duo, quæ ad ſuperiora referuntur, & primum in tria diuiditur ita, vt quatuor ſint minoris partes.

3 Maior primę / Maior ſecundæ / Maior tertiæ } Partis minoris, & referuntur ad primam partem cōcluſionis, et ad primas tres minoris. quæ in vnica periodo ſunt.

4 Ratio primæ
5 Ratio ſecundæ
6 Ratio tertiæ } Partis minoris. & referuntur ad primam partem cōcluſionis.

7 Ratio quartæ partis minoris, & refertur ad ſecundam concluſionis.

8 Repetitio primę
9 Repetitio ſecundæ } Partis cōcluſionis, quæ p oratio ſunt orationis.

Eadem

Eadem forma orationi applicata, ut facilius intelligatur, & ſtudioſi uiam habeant, qua poſſint & cæteras in partes diſtribuere, atque imitari.

Orationē ī duas diuido p. tes in
- Procœmium de quo ſuperius ſatis dictū eſt, initio huius libri & præcepto decimo nono.
- Enthymema totā fidē a re ipſa ductam cōtinēs, quod in nouem partes diſtribuitur.
  - Prima eſt: Quòd ſi: quæ eſt totius orationis propoſitio, qua nos in formis diximus concluſionē. Hęc duo contines, tū
    - 1. Archiā cum ſit ciuis non ſegregādum a numero ciuium.
    - 2. Si non eſſet aſciſcendum fuiſſe.
  - Secunda. Nam vt primum; cum reliqua narratione, quæ minor eſt. in qua duo ſuperiorib. duabus reſpondentia aſſuntur, quarum.
    - Prima tria cō tinet
      - 1. Heracleę adſcriptū fuiſſe.
      - 2. In Italia domiciliū habuiſſe.
      - 3. Profeſſum fuiſſe.
    - Secūda fuiſſe omnibus probatum, ut oſtendat aſciſcendum fuiſſe.

Prima

Tertia data eſt ciuitas Siluani lege, quæ tres maiores in vnica periodo continet, quarum.

- Prima eſt, ſi qui fœderatis ta libus adſcripti fuiſſent.
- Secunda ſi tum, cum lex ferebatur domicilium in Italia habuiſſent.
- Tertia ſi ſexaginta dieb. apud Pretorem profeſſi eſſent.

4. Quid enim horũ: eſt prima rõ primæ		partis minoris
5. At domicilium.	2. Rõ eſt ſecundæ	
6. At nõ eſt pſeſſus	3. Rõ eſt tertiæ	

7. Quæres a nobis Ratio eſt quartæ partis minoris, multis quidem rationibus illuſtrata.

8. Quare conſeruate: concluſio primæ partis propoſitionis, vel ꝓpoſitionis repetitio, vt in formis ſæpius diximus, quæ tamen & ſecundam reſpicit.

9. Quæ cum ita ſint: Concluſio ſecundæ partis & hæc duæ partes ſunt peroratio totius orationis.

Quod reliquum eſt in per oratione ad auditores ſolum refertur.

Exemplum noſtri Enthymematis in formam orationis redactum, ſine proœmio.

Prima concluſio. vel orationis propoſitio. uos debetis rhetoricæ ſtudere.

Secunda Maior. Omnis enim prudentes id facere debent.

Tertia: ratio maioris quatuor continens quòd hoc vita ſit. { Tuta 1. Honeſta 2. Illuſtris 3. Iucunda 4.

Quarta: ratio primæ partis huius rationis. Quòd hinc ad remp. plurima commoda veniunt.

Quinta ratio ſecundæ. Quod hinc laus, & honor ad ipſos, qui eam adepti ſunt, confluit.

Sexta: ratio tertiæ. Hinc dignitas, qua homines illuſtres fiunt.

Septima: ratio quartæ. Hinc amicis certiſſimum, ac tutiſſimum præſidium comparatur, quo nihil eſt iucundius.

Octaua: minor. Vos eſtis prudentes, & —

Nona: repetitio concluſionis. Vos debetis igitur rhetoricæ ſtudere, in vnica periodo hoc modo. Vos igitur cum ſitis prudentes debetis rhetoricæ ſtudere.

Iam ad eam partem huius operis ventum eſt. propter quam ſuperiora omnia ſcripta ſunt, eò enim de varijs Enthymematum formis tam multa dicta ſunt, non ſolum vt Ariſto. locum illuſtrare:

re:

re; ſed vt Ciceronias orationes imitando his maxime argumentationum formis, quæ animi noſtri ſenſibus maxime conuenirent, vti poſſemus. Cum autem ſtudioſi hominis conſultum velimus, non præcepta ſolum conſcribendi, vel variandi argumentationes tradere conſtitui mus, ſed quo modo iiſdem nos vtamur, quoque modo quiſque facile vti poſſit. Hoc igitur noſtrum ſuperius Enthymema in ſequentem orationem digeſſimus, nonnullis amplificationibus adhibitis, & ornamentis. Quæ oratio huiuſmodi eſt, vt ſtudioſis exempli conſcribendarum orationum ſpeciē aliquā afferre poſſit. Adeſt enim Enthymematum ars a nobis ſuperius declarata, non tam multis verbis obruta, vt minimè appareat, nec eam paucis, vt ſit omnibus exornantibus expoliata: ex quo factum eſt, vt quiſque mediocriter in bonis litteris eruditus, ſi quæ appoſuimus, animaduertat, tam omnia enthymemata, quàm ſingulas enthymatum partes, & quæ amplificandi, quæque exornandi cauſſa conſcripta ſunt, perſpicere poterit. Quæ omnia qui diligenter animo complectitur, atque euoluit; is tum ad Ciceronianas orationes obſeruandas, & exornationibus omnibus expoliandas, atque in enthymemata reducendas ſeſe accingere debet. Quod cum prudenter facit, ſi non aſſequi Ciceronem (id enim nemo ſperare debet) attamen proſequi imitatione totis viribus poteſt. Legas igitur, atque perlegas hanc orationem Candidè Lector a capite vſque ad calcem, ſingulas par

tes diligenter perpendas exornationibus omnibus: expolias in enthymata reducas, id facias ſuadeo in Ciceronianas quoque orationes. Quod vbi ſtudioſus adoleſcens fecerit tuto poterit, quæcunque ſibi in mentem veniunt copioſè, & prudenter eloqui.

De eloquentia oratio in ſuperius enthymema.

Propoſitio.

SI ſemper, ego nobiliſſimi auditores, ex quo tempore Saloi & in patria mea pueros in bonis literis, & artibus erudiendos ſuſceperim mihi faciendum exiſtimaui, vt eos quam primum ita humanioribus litteris exornarem, vt facile tum ad iuris prudentiam, tum ad phyloſophiam, Medicinam, tum ad ſacram Theologiam (his enim ſtudijs noſtri homines, vt plurimum inſeruiunt) ea ſe ætate conferre poſſent, quæ hominibus ad diſcendum data eſt; hac tempeſtate multò magis debet dies, noctesq; in animo euoluere, & hic Venetijs; tum quid ſit illud, quod qui ex vobis adeptus eſt, in veſtra rep. dignus ab omnib. habetur, ad quem maiores honores deferantur, & deferri ſolent; tum illud idem vos docere, ad idque præceptis, & hortatu, quàm maxime poſſum excitare, atque inflamare debeo.

Ratio propoſitionis.

Multo enim plura nunc, quàm olim ad id me hortantur, meque impellunt, & quodammodo volen-

volentem ita cogunt, vt aliter facere non poſſim. Nam qui veſtri parentes vos mihi docendos tradiderunt huius ſanctiſſimæ reip. nobiliſſimi viri illud tum a me docente, tum a vobis diſcentibus vehementer expectant, quod ad maiores huius ciuitatis gradus vos euehere poteſt: Quam expectationē niſi ego doctrina, vosque diſciplina; ego verbis, vosq; reipſa; ſuſtinuerimus, & mihi, & vobis turpiſſimum futurum eſſe video. Mitto eorum humanitatem, in meæ benignitatem, veſtrorum omnium optima ingenia, mei obſeruantiam, atque in me beneuolentiam, tum in litterarum ſtudijs aſſiduitatem, atque diligentiam; quæ omnia quaſi ſtimulis grati animi, præceptoriſque muneris, quo fungor, me admonent, atque excitant.

Aſſumptio.

Quòd ſi olim in patria mea huic imperio fideliſſima hæc vox ſemper in eo fuit, vt ad ea ſtudia meos diſcipulos inflamarem, quibus ad magnam eruditionem facilè peruenire poſſent.

Concluſio cum ratione.

In erudiendis aūt vobis qui nobiles eſtis, q̄ principes, noſtrique principes, quorum doctrina in noſtram quoque magnam vtilitatem redundat, tum quod vos, veſtrique parentes tot officijs me com-

plectuntur, quo animo eſſe debeo?

Propoſitio totius orationis quam & concluſionem in formis diximus.

Hodierno igitur die nobiliſſimi auditores vobis oſtendam, quod ſuperioribus diebus multum, ac diu mecum ipſe reputaui; veſtrum officium, veſtræque partes omnem operam, ſtudium, cogitationem, mentem denique omnem in eloquentia ponere. Quod dum breuiter efficio, quæſo a vobis, me, vt (quemadmodum ſoletis) cæteris rebus ex animo depulſis; patiamini paullo fuſius de ſtudijs eloquentiæ verba facere. Quod ſi mihi a vobis tribui, concedique ſentiam, perficiam profecto, vt nihil eſſe in quo maiori eum honeſtate, ac dignitate, quam in bene ducendi facultate verſari poſſe putetis.

Maior, & confirmationis principium.

Prudentes enim viri ſi quid præter rerum omnium cognitionem, ac vſum curare debent, illud eſt, vt eam ſibi adipiſcantur artem, qua facilè cum aſſenſione auditorum animi ſui ſenſus in aſpectũ, lucemque proferre poſſint.

Ratio maioris quatuor continens.

Hac enim facultate ſibi vitam tutam efficiunt ho-

homines hac honores adipiſcuntur, illuſtres hac fiunt, hac denique omni voluptate perfunduntur.

Ratio primæ partis.

Ab optimo enim oratore ea commoda in ſuam rempublicam veniunt, vt maiora deſiderari, ſed ne animo quidem complecti poſſint. Ex quo fit, vt nullus ſit in republica tutior, quàm qui hoc modo de rep. benemeritus ſit. Hoc erit apertius, ſi quæ bona ab oratore in rempublicam veniant enumerantem audire non pigebit. Primum reſpublicas per vias diſperſas imo per montes, ac valles, in vnum congregatas per diſertiſſimos homines legimus: ex quo factum eſt, vt qui omnium penè rerum diſperſi eſſent egentes, iiſdem congregati abundarent, & fœliciſſimo vitæ ſtatu uterentur. Idem orator ſuaſit, ac tulit leges, quibus in ciuitate degentes, quàm beatisſimam vitam agerent. Hæc eloquentia improbos pœnis coercet, hæc bonos præmijs afficit. Hæc docet, quid bonum, quid malum; quid honeſtum, quid turpe; quid iuſtum, quid iniuſtum; quid omni hominis ordini maxime conueniat. Per hanc homines indoctos erudire ſolemus, quique prudentes habentur ita experimur, vt penitus eos dignoſcamus. Qualis.n. eſt vir, talis oratio eſſe ſolet, eſt.n. imago animi, interioris ſcilicet hominis cuius per orationem tanquam per effectum in cognitionem deuenimus. Hac facultate, quæ in controuerſiam veniunt diſce-

ptamus, lites dirimimus, homines inter ipſos, ſi quando accidit, vt aliquo modo a ſe inuicem alieni ſint; conciliamus, qui iacent in ſpem erigimus; audaces, & ſuperbia elatos deprimimus; afflictos, & mœſtos conſolamur, nihil tandem eſt in republica boni, quin orator ſit inuentor, ac moderator, Quid igitur eſt oratore vtilius reipublicæ quis inter ſuos ciues tutior, cum eos omnes patriæ caritate, & beneficijs complectatur.

Ratio ſecundæ partis.

At non adipiſcitur laudem, & honorem vir dicendi peritus? imo ita adipiſcitur, vt per eum omnes omnibus pro virtutum dignitate laus, & honor tribuatur. Quid enim aliud laus eſt, quàm actionis ex virtute perfectę celebratio? Hoc autem qui rectè facere poſſit prēter oratorē habemus neminem. Hoc videre eſt in Ciceronis orationibus pro lege Man. vbi Pompeius pro Marcello, vbi Cæſar; pro Archia Poeta vbi humanitatis ſtudia, ita celebrantur; vt nihil ſit amplius, quod deſideres. An a quo laus omnis in omnibus proficiſcitur, is non eadem laude dignus habendus eſt? Imo maiori. Quis enim laudatior eſt Achilles, aut Vlixes ab Homero laudatus, an ipſe Homerus, eos qui laudauit? id vel cæci ipſi videre poſſunt. Ratio enim ipſa, qua natura quiſque noſtrum prēditus eſt; docet, verum eſſe illud, quod toties vſurpauit Ariſto. quidlibet eſſe magis illius qualitatis

litatis particeps, quam aliis impertiuit, quàm hoc, quod eandem qualitatem ab illo recepit. Non poteſt igitur complecti cogitatione laus, quam hominibus eloquentia præditis iure optimò tribuitur. Quid autem de honore dicendum eſt? Si honoramus, qui benefacere poſſunt, quis maiorem benefaciendi facultatem habet, quàm orator? Si qui benefaciunt, quis maioribus, & pluribus beneficijs vniuerſos ciues, & rempublicam afficit, quàm orator? Dictum eſt nullum ferè in ciuitate eſſe bonum, quin aliqua ratione ab eloquente homine profectum ſit. Per oratores omnes omnibus honores decernuntur. Publica munera dignis rraduntur; quæ; quia ijs, qui funguntur maximè honorantur, honores appellari ſolent. Hoc autē qui facilius aſſequuntur? oratores. Quibus uel non petentibus traduntur? oratoribus, Quibus uel inuitis? oratoribus. Ab omnibus. n. creditur neminem poſſe magiſtratibus rectius perfungi, quàm eum, qui de illis prudenter & copioſe uerba facit. Hoc autem quis preſtat? orator. Iure igitur optimè omnis laus, omnis honor debetur oratoribus, atque tribuitur.

Ratio tertiæ partis.

Ex is omnibus ad eos ipſos, qui hæc adepti ſint, oratores, ea dignitas confluit, vt clariſſ: & Illuſtres fiant. Nam ſi dignitas eſt amplitudo quædam ob honores geſtos, cum nullus oratore plures gerat

honores, quì maiorem dignitatem conſequi poteſt? Quanta in dignitate fuit Cic.quòd prætorem, quòd augurem, quòd conſulem geſſit, & propter eloquentiam conſecutus eſt? fuit tamen ipſe ignobili, & obſcuro loco natus. Mitto inter græcos Demoſtenem Aeſchinem, inter Romanos, Antonios, Craſſos, Graccos, & cæteros huius ordinis viros in maxima dignitate, & amplitudine propter eloquentiam conſtitutos. Cęſar.n.ſolus ſatis eſſe poteſt ad hanc ueritatem comprobandã, qui propter dicendi facultatem pari Prudentia coniunctam totius orbis terrarum conſequtus eſt, imperiũ, & eam dignitatem, ut dignitatis cauſa cæteri Imperatores omnes poſt eum Cæſares appellari uelint. Mirum eſt quantas gererent res pauci illius milites, ubi ad gloriæ ſtudium eos adhortatus fuit Cæſar: hoc magis notum eſt quàm, ut in his enarrandis plus temporis conteram, aut uos in auſcultandis detineam.

Habetis.n.in ueſtra rep.domeſtica exempla, quã plurima, inter quos maxime eulcent duo princeps Aloysius Mozanicus, & Nicolaus de ponte, qui paulo ante mortui ſunt, quibus gradibus ad maximum huius Santiſſ. rei p.gradum aſcenderũt? non ne eloquentia. Veſtrorum patrum memoria nobiliſſimi auditores uix ipſius Nicolai cognomen ad aures nobilium peruenit, Homo nouus, tenuiſſima re, quo tñ mortuo, qui eius hæreditatem adierint ditiſſimi. Vobis igitur perſuadeatis neceſſe eſt, ab eloquẽtia omnem dignitatem, omnẽ amplitudinem, in eos qui eam adepti ſunt, omnino confluere.

Ratio quartę partis.

Quis autem eſt, quin iam animo complectatur horum omnium iucundiſſimam uitam? Vbi.n.ad hanc dignitatem oratores peruenerunt,qua omnes eos colunt,ac uenerantur, & tanquam patriæ ſerua tores, patriæ patres, ac deos intueantur, atque ſuſpiciant, cernunt ſe omnes defendere,omnes tueri, & reliquos omnes, qui aliquo modo a ſe pendere uidentur, ita ut amicis certiſſimum, ac tutiſſimum preſidium ſint Dum.n.in hac amplitudine uerſantur oratores,omnia a ciuib.nō quę ad ſuam dignitatem ſolum pertinent, ſed amicorum quoque ſuorū non precibus, ſed ſolo nutu conſequuntur, ex quo fit, ut illud Vergilij de huiuſmodi uiris dici poſſit.

O Matilee Deus nobis hęc otia fecit,
Namq; erit ille mihi ſemper Deus.

Beneficos.n. & liberales tanquam Deos colimus pręſertim ſi benefaciendo fons benignitatis nō exhauritur,quod ut Deo ſic principibus & oratoribus cōtingere uidetur. Qua igitur uoluptate,qua iucūditate perfunduntur hi uiri, cum uideant, ſe nullo ſuo incommodo. commodare poſſe omnes. nullo damno,omnes beneficio afficere?

Conc uel per oratio una cum minore.

Vos igitur cum iam in dies propius ad prudentię accedatis in ea facultate inſiſtite,inuigilate, dies

noctesque conterite, ex qua uitæ ſecuritas proficiſcitur; omnes emanant honores; illuſtres homine fiunt iucundiſſimaque uita efficitur. Quod qui fecerit is ad altiorem huius reip. gradum ſe facile aſcēſurum ſperet.

Libri Concluſio.

Hæc ſunt candide lector, quæ de formis enthymematum dicere conſtitui, quæ ſi tibi vſui, & emolumento erunt, id omne Deo opt. & max. acceptũ referas. Nihil enim boni hominibus datur, quin ab ipſo ſummo bono proficiſcatur: in autem quid erit inane, & nullius cognitione dignũ, id ingenij mei imbecillitati adſcribas. Scias tamen velim, hæc mea ſtudia, meoſque labores id ſpectare, vt minoribus illud perſoluam, quod maioribus, qui bonas artes, ac ſciẽtias litteris tradiderũt, vt futuris hominibus prodeſſent, me debere confiteor. Quòd ſi huic mæ voluntati hi mei labores non reſpondent, cum nihil a me diligentiæ prætermiſſum ſit, me non venia ſolum, ſed aliqua laude dignum futurũ eſſe conſido. Nihil. n. aliud cuiquam in vita præſtandum exiſtimo, niſi quod tum animi, tum corporis vires poſſunt. Et hoc qui facit, ab officio tuendę ſocietatis humanę cui nati ſumus, profecto non diſcedit.

IO. PAVLI GALLVCII SALOENSIS.

De ijs, in quibus pueri, & adoleſcentes veneti erudiendi ſunt, vt optimè ſuam remp. adminiſtrare valeant breuis tractatio.

Ad nobiliſſimos, & ſtudioſiſsimos adoleſcentes Franciſcum, & Gabrielem fratres Maurocenos patritios venetos.

AME precibus contendiſtis, Franciſce, tuque Gabriel nobiliſſimi, ac ſtudioſiſſimi adoleſcentes, vt litteris traderē quibuſnam in rebus vobis verſandum exiſtimem, dum iſtà ætate eſtis, quæ hominibus a natura datur ad diſcendum, ut aliquādo in republica veſtra adminiſtranda boni ciuis munere perfungi valeatis. Hoc autem & ſi magnum opus eſt, & mihi non ſatis confidam, me pro rei dignitate de ſtac re uerba facturum: tamen ne videar veſtris ſtudijs obſiſtere velle, quibus mihi maxime inſeruiendum eſt, in re præſertim bona; quid in hac re ſentiam vobis conſcribere volui. Quid enim eſt tam difficile, quid tam arduum, quod veſtri cauſſa ſubire nolim? cum enim vos ad eam litterarum cognitionem peruenire vehementer exoptem, qua & vos ipſos, & veſtram familiam, vnà cum hac ſanctiſſima republica prudēter gerere poſ-

poſſitis, ea fortaſſe conſcripſi, quæ non vobis ſolum, verum etiam omnibus venetis adoleſcentibus (modò his præceptis parere non dedignentur) maximo vſui, atque emolumento fore confido. In cauſſa igitur fuiſtis, vt veſtro rogatu, non inuitus multis prodeſſem.

In tradendis autem his præceptis non omnia vt multi faciunt, ad viuum re ſeco, neque ſapientiſſimum hominem, ad quem ne aſpirare quidem mortalibus licet, non quæ optantur, atque finguntur; ſpecto, ſed quæ in communi vita, atque vſu ſunt: neque quod difficillimum eſt, & pauci admodum conſequuntur, ſed quod omnibus patet & in promptu eſt, quodque poteſt quiſque ſibi facile comparare modo rationis vſu non careat,& ad id rectis ſtudij, contendere velit.

Illud primum ſtatuendum eſt, ad quod veſtra ſtudia referenda ſunt. Hec enim ſi recte ſtatutũ fuerit de ijs facilius verba faciemus,quib.ad id peruenire poſſitis. Duplex autem eſt finis, ad quem humanæ actiones diriguntur. Alter eſt omnium vltimus, & perfectiſſimus: alter medius, & vtilis dici poteſt; qui tamen ad perfectiſſimum ordinatur, atque diſponitur. Ille eſt ipſa fęlicitas: hic autem quæcunque ad fælicitatem conducunt. Id autem multiplex eſt, & penè infinitum, vt penè infinita ſunt hominum ſtudia. Ex hoc numero illud eſt, ad quod quæcunque a vobis geruntur referri debent. non vt in eo tanquam in ſummo bono conquieſcatis, ſed vt eo ad fælicitatem vtamini. De qua tamen

men hic nihil attinet dicere, ſed de hoc tantum vtili bono, quod rectam veſtræ reipublicæ adminiſtrationem eſſe ſtatuo. In hac autem re tria veſtris ſtudijs complectenda ſunt. primum eſt remp. calamitatibus liberare: alterum, quæ in ea bene ſe habent, ne quid detrimenti capiant diligenter curare: tertium quæ parua ſunt bona, quantum in vobis ſitum eſt augere. Id, qui fecerit is ritè reip. gubernacula tenere, ac regere exiſtimari debet. Quæcunque enim a viris prudentibus pro rep. geruntur, huc referuntur. Hic igitur ſit veſter ſcopus, id illud, quò veſtra ſtudia quò omnem mentem, atque cogitationem conferatis. Id autem, vt quàm optimè poſſitis aſſequi diligenter vobis cōſiderandum eſt, quænam ſint ea quæ vos tutò ad id perducere poſſint. Hoc quidem vobis facilè erit, ſi animaduerteritis illa tria, in quæ tota reip. adminiſtratio conſumitur. Hæc autem tria, vt quis perficere poſſit, boni, & mali notitiam per caleat neceſſe eſt: ne cum velit calamitatibus remp. liberare, eam ſuis bonis priuet: vel pro bonis mala tueatur, & augeat. Neque rempub. capeſſenti hoc ſatis eſt, Quelibet enim facultas, cuius finis non eſt contemplari, ſed agere: vt hæc eſt, de qua ſermonem inſtituimus; non ſola cognitione, aut ſcientia contenta eſt, ſed diuturna exercitatione indiges, vt agendi vſum ex multarum rerum adminiſtratione ſibi comparet; vt aliquando rectè nulla cum moleſtia vtilia, & honeſta tractare valeat. Hoc fortaſſe aliquo exemplo addito illuſtrius fiet. Quotus quiſque in muſicis

cis

cis præceptis, tantum eruditus, qui ne vllam quidem vocem, niſi abſonam emittere audeant? Non enim ſatis eſt pollere arte, vt modulatè canas, ſed opus eſt pręterea exercitatione, qua tum labra, tum dentes, tum lingua in emittendis conſonis vocibus ſint aſſueta, & aures in aliorum uocum differentijs cognoſcendis ſint exercitatæ, atque aſſuetæ, & ad modulationem accomodatæ.

Primũ igitur de ſcientia ad hanc rem accõmodata uerba facturus ſum, deinde de illa exercitatione, in qua debent Veneti patritij ſuos continere filios. vt tandem ſciant, & valeant rempublicam regare, & adminiſtrare. Tria. n. concurrunt, vt quid perfici poſſit, voluntats, ſcientia, atque poteſtas. Voluntas mouet, & imperat ſciẽtia diſponit, poteſtas operatur. De voluntate autem nihil attinet dicere. vos-n. velle, ac vehementer velle cenſeo: de ſcientia igitur primum agam, deinde dicam de poteſtate ad hanc rem neceſſaria. Hæc autem ſciẽtia eſt boni, & mali notitia, vt dictum eſt, quæ vnico nomine prudentia dicitur, & definitur eſſe rerum expetendarum, & fugiendarum ſcientia; quæ multis lectionibus teſte Ariſt. ſecundo Ethicorum comparatur: ſic .n. primo capite ſcriptum reliquit. Intellectualis autem virtus (quam alibi prudentiam vocat) vt plurimum ex doctrina habet generationem; & incrementum. vt & experientia, & tempore indigeat. Hoc autem ſi ita eſt. quoniam doctrina a doctore dicitur, & ſit quædam traditio eorum, quæ doctor ſcit, diſcipulo, a quo & diſciplina vocatur, qui ne-

ſcit, & hæc traditio fiat, tu litteris, tum vocibus, vt ex ijs eum, quem quęrimus, fructum precipiamus, litterarum, & vocum ſignificationem nos comparare oportet. Vanum.n.eſt illum audire, & attentè audire, cuius linguam ignoramus. In gramaticis igitur præceptis, quibus hæc traditur notitia primum vobis verſandum exiſtimo, vt facitis, diligenter, & ita verſandum, vt & noſtram italicā linguā, quæ ſcribitur a peritis, & latinam perfectè intelligatis & latinè, & italicè, loqui & ſcribere valeatis. Omnes.n.liberales artes, ac ſcientię his litteris hac tempeſtate conſignatæ ſunt, & ſemper tam ſcribendo, quam loquendo harum linguarum altera uòbis vtendum eſt. Quod & doctores in tradendis diſciplinis faciunt. Cum autem non ſatis ſcit ad rectam eruditionem ſingulorum verborum, ac ſententiarum ſenſum habere, ſed opus ſit pręterea cognoſcere, quibus poſitis, quæ vera, quæ ue falſa ſint conſequentia vt verum a falſo dignoſcamus, idque cum tradatur in logicis ob id, & his præceptis vobis opera danda eſt. Bonum.n.quod quærimus, & verum, malum, quod fugere debemus, & falſum, idem penitus ſunt. Gramatica igitur rectam ſpectat elocutionem: Dialectica, vel logica, vt verius loquar, veram. His autem duabus facultatibus cognitis ad ſcientiam boni, ac mali vos penitus conuertatis velim. Hæc.n.vana ſunt, niſi ad eum conuertantur finem, ad quem prudentes viri eas conſtruere voluerunt. Hæc autē ſunt tum ſciētia, tum opinio recta, illa propria eſt eorum, qui contemplantur, hæc, eorum,

rum,qui operãtur. Quæ opinio ſi referatur. ad reip. gubernationem, vt ad felicitatem perducatur ciuitas Ciuilis ſcientia eſt,quam Ariſto. Architectonicã nuncupauit. Diuiditur hæc ſcientia in tres partes in Ethicam, Oeconomicam, atque politicam: In his tamen tribus,quid ſit bonum tantummodo conſideratur quo cognito ea cognoſcuntur,quæ ad reip. rectam adminiſtrationem neceſſaria ſunt:illud tamen animaduertendum eſt; quòd bonum in Ethicis conſideratum ad ſingulorum hominũ bonitatem refertur: quod in Oecomomicis ad ſingulas domos; quodque in politicis ad vniuerſam rempublicam:ita tamen vt omnia ad remp.referantur. Sed cum nemo poſſit rectè alijs dominari,qui ipſe virtute præditus non ſit,nemoq; totum aliquid curare, qui eiuſdem partes neglexerit, propter hanc cauſam debetis vos primum in Ethicis verſari, vt vobis virtutem comparetis, quæ ſingulorum hominum proprium bonum eſt. Deinde in Oeconomicis inuigilare; domus enim eſt totius reipu. particula quædam, quæ niſi prudenter inſtituatur. vniuerſa reſp.multum detrimenti capiat neceſſe eſt. Poſteaquam igitur neceſſariam logicæ, & grammaticæ cognitionem adepti eritis, vel vnà cum illis, huic quoque de moribus philoſophiæ inſeruiatis oportet. Secundo loco præcepta de re familiari percipiatis. Tertio vero loco politicam aggrediamini, opus eſt, & ita ad eam vos conferatia cenſeo, vt quidquid otij in vita vobis ſit,id omne in hac re conteratis vnà cum hiſtoriarum tum

veſtræ reip. tuum exterrarum gentium, regum, ac populorum lectione. Perficitur enim hæc ciuilis facultas in hiſtoria, perficitur & orator. Ex ea enim petuntur exempla, & ad perſuadendum accommodata, & ad reip.gubernationem neceſſaria. Ex ſimilibus enim ſimilia,& ex diſſimilibus diſſimilia fieri exiſtimantur. Hiſtoria enim, inquit Cicero; eſt teſtis temporum,lux veritatis, vitę magiſtra memoriæ, præſes, & vetuſtatis nuncia. Hoc igitur quid vobis vtilius? Quid honeſtius? Poetarum quoque lectio ad idem maximè accommodata eſt inde enim & exempla, & autoritates ſumi poſſunt.

Vos debetis p̃terea oratoriæ facultati operã dare: prudẽtia.n.ſine eloquentia aut parũ aut nihil prodeſt. Eũ.n.tãtumodo bonũ facit, ea q̃ prędítus eſt: at ſi coniunctam habeat eloquentiam, nihil in ciuili homine excogitari,ne dum inueniri poteſt,quod ſibi, & reip.maiorem honeſtatem, aut vtilitatem afferre poſſit. Imo ſine eloquentia, hoc eſt copiosè loquendi ſapientia, nemo bonus ciuis dici poteſt. Ciuilis enim hominis officium,atque partes ſunt, curare, vt quo ad eius fieri poteſt,cæteri quoque ciues in ijs verſentur ſtudijs, quæ maxime reip.ad fœlicitatem conducunt. Hoc autem ſine eloquentia, quis perficere poterit? Cætera enim animalia vi coguntur, homines, vero ſola oratione aut vera,aut veriſimili, aut quæ veriſimilis videatur ad honeſta proſequenda, turpiaque fugienda, impelluntur. Quamobrem ſi ciuis deli-

berantis

berantis partes ſuſcipit eloquentia indiget: ſi exornatoris eorum, qui fortiter in acie ceciderunt, aut in prudenti reip. adminiſtratione mortui ſunt, eloquentia indiget: ſi legati quod non fit ſæpiſſimè, ſed ſemper vel ad ſummum Pontificem, vel ad Imperatorem, reges, duces, populos, reſp. & ad ipſum orientis tyrannum eloquentia indiget: ſi legiſlatoris eloquentia indiget, ſi accuſatoris improborum, ſi defenſoris proborum eloquentia indiget. Et huius ſanctiſſimæ reipublicæ patritij neceſſariò in his omnibus officijs, ac muneribus quotidie inuigilant, diem, noctemque conterunt.

Cum autem Venetis oratotibus ſit opus nonnunquam de regionis cuſtodia verba facere, debent non ſolum ſuam regionem compertam habere verum etiam aliorum imo totius terrarum orbis, ſitum, vt ex aliorum prouincijs exempla deſumant, & cum ad alios principes legatos mittuntur non ſolum quò, & quà ſibi eundũ ſit, non ignorare debent, verum etiam vt de ſitu orbis, cum prudentib. ciuibus ſermonem habere poſſint; qđ cum fieri nequeāt, niſi & mundi ſphæræ & Geographię ſtuduerit, ob id & huiuſmodi facultatib. aliquam cognitionem, patritius venetus habere debet.

Hæc igitur ſunt ea, quibus animum veſtrum exornare debetis, cùm ea conſecuti, facilè poſſitis maxima cum laude veſtram rempublicam adminiſtrare; modo accedat vſus, de quo in hac poſtrema huius noſtræ inſtitutæ orationis parte ſermonem habiturus ſum. Pollicitus enim ſum

me

me dictum eſſe aliquid de poteſtate, quæ tertium,& poſtremum lotum tenet extrib.rebus,quæ ad aliquid peragendæm neceſſariæ ſunt. Hæc autem duplici rerum genere continetur. aliæ enim intrinſicùs,aliæ extrinſicus nobis. Extriſirius ſunt hæc omnia, occaſiones agendi, quæ ad agendum homines impellunt, bona librorum copia, quibus tanquam inſtrumentis vtimur non ſolum ad diſcendum ſemper,ſed tum magis cum aliquod maximum negotium nobis tractandum eſt, exemplaria quoq; virorũ optimorũ, quorũ magna copia in hac veſtra rep.eſt. Ex q̃b.aliquẽ vel aliquos eligere debetis,a quorũ latere,quo ad licet,& ſtudia veſtra permittunt,nunq̃ diſcedere debetis. Et ſi hæc vñr potius ꝑtinere ad ſciam, q̃ ad ꝑtãtem:tñ cũ ſint potius quidã vſus, & experientia, ad quãdam agendi facultatem referenda ſunt.Intrinſecus aũt ſunt q̃dã animi,&corporis diſpoſitiones, vt vtrunq; ſuo munere poſſit optimè perfungi.Ex quo ſequitur,vt q̃d per ſe moleſtiſſimũ ſit, non ſolũ ſine moleſtia,ſed magna cũ voluptate peragatur: illud.n.vulgò dr: Ab aſſuetis nulla ſit ꝑaſſio:& illud: Adeo a teneris aſſueſcere multũ eſt:& illud,vnà cũ ſexcentis alijs: Hõ ẽt cũ ſenuerit nõ recedet a via ſua. Quod.n.fit cõſuetudine,id natura fieri vr,& nihil,quod a natura proficiſcatur, moleſtum eſt.imo in ea voluptas ipſa poſita eſt, Quę vero ſint ea, in quibus vos tandiu continere debetis, quoad quantum conſecuti ſitis,vos nõ pęniteat; Partim intelliguntur ex ijs, q̃

in Ethicis traduntur cum dicat Ariſt. vanam eſſe omnino, & futilem illam cognitionem, niſi ſtudioſus in illis actionibus verſetur, ex quibus virtus ipſa proficiſcitur. & Philoſophus moraliſſ: ita ad lucilium ſcribit. Virtus duobus conſtat, & doctrina, & exercitatione. Prius diſcas oportet, & quæ didiceris aſſidua exercitatione confirmes. Partim perſpiciũtur ex illis, quæ ab ijs geruntur, qui hac tempeſtate remp. ſanctiſſimę regunt: tum ab ijs, qui ſuperioribus ſapientiſſimè gubernarunt. Nam ſi in ijsdem, vel in ſimilibus vos ipſi exercueritis minimè dubiũ eſt, quin virtutė quibuſcumque optimis, & Ciuili facultate; & rerum vſu in veſtra rep: omnibus, qui ſunt, quique fuerunt exercitatiſſimi, reſpondeatis. illud animaduertendum eſt nõnulla eſſe, quę in toga, nonnulla quæ in armis peragenda ſunt. Hoc vbique vtile eſt. Ante lucẽ e lectulo ſurgere. Nam, ut ait Philoſophus, prodeſt ad curam rei familiaris, ad bonam Valetudinem, & ad Philoſophiæ ſtudium. ſint vobis in exemplum huius ueſtre reip. optimates, qui iura dicunt, quique ſummam reip. procurant, qui ſemper prima luce e lectulo ſurgunt. ſciunt. n. hoc & doctrina, & re ipſa edocti nihil eſſe tũ ſibi, tum familiæ, tum reip. vtilius. Quod autem ijs conducat, qui foris vitam degunt teſtis eſt locupletiſſimus Vergilius noſter, qui de ſuo Aenea illud cecinit.

At pius Aeneas per noctem plurima voluens
Vt primum lux alma data eſt exire, locoſque

Explorare nouos, quas vento acceſſerit oras.
Id igitur vtile eſt ſingulis hominibus, ſingulis domibus, atque uniuerſæ reip.in hoc ita uos exerceatis oportet, ut nulla moleſtia aliquando id facere poſſitis. Præterea tum domi, tum militiæ facultate dicendi utendum eſt, ob id uellem ego uos declamantes ſæpe audire;ut & lingua,& manus,& pedes & totum os unà cum memoria ſint ita aſſueta,& exercitata, ut dicendi uſum uobis familiariſſimum reddatis.Mirum eſt,quantam vtilitatem nobis hęc exercitatio afferre poteſt. id faciebant illi prudentes uiri Romani,ut ſæpe apud Ciceronem habetur, ob id ex illis multi in numero ſummorum oratorum extiterunt. Quid plura? ſine exercitatione nemo unquam eloquentiam comparauit, Qua propter ait Cicero romanæ eloquentiæ ſine controuerſia pater ad eloquentiam opus eſſe natura arte, imitatione,atque exercitatione: Neque illud erit a propoſitio noſtro alienum, ut ita uos in nonnullarum rerum familiarium cura contineatis,ut nullus præter uos, illas curet.Mirum in modum hęc tum animi, tum corporis exercitatio futuro patrifamilias conducit Debet.n.pater familias penè quotidie, ut docet xenophon, perluſtrare totam domum, atque diligenter inſpicere,an omnia inſtrumenta,quæ domi eſſe ſolent;adſint,& ſuo loco adſint, ut cum fuerint opus ad manus,& in promptu ſint. Qui nō fuerit a pueris in hac re educatus, uel alio modo exercitatus, quo modo uir factus poterit ad hæc animū

aduertere? Cura igitur diligens ueſtimentorum, quibus utimini; cubiculi ueſtri, ſi totius domus propter ætatem nequitis; librorum, & aliarum huiuſmodi rerum non erit inutilis ad hunc rerum vſum vobis comparandum, ſunt præterea multa, quibus patrifamilias, & bono ciui inſeruiendum eſt, vt quod ad ſe pertinet, exequatur, de quibus nihil attinet hic ſigillatim verba facere: multaque, in quibus gerendis vos continere poteritis, vt animus, & corpus in illis rebus exercitatum ad nouos labores calleat, quæ breuitatis cauſſa prætereo: præſertim quod hæc admonuiſſe, vel cenſuiſſe ſint ſatis, vt compertiſſimum vobis ſit non ſcientia ſolum, ſed exercitatione quoque ad Reipublicæ adminiſtrationem opus eſſe, de quo iam finem faciam, ſi illud admonuero non ſolum non mihi placere: ſed valde deſplicere illud, quod apud multos ingenuos viros in hac ciuitate, ne dicam apud omnes fieri ſolet vt ancillæ pueros nobiles, & adoſcentes etiam veſtiant, exuent cum ituri ſunt cubitum, antequam ſurgnnt feneſtras aperiant, & cætera huiuſmodi procurent, quæ animos adoleſcentulorum molliunt, effœminant, & maxime (vt Seneca teſtatur) iracundos faciunt.

Quod quàm alienum a bono ciue debeat eſſe, cui dubium eſt?

Quid enim iracundo iudice peius? Eſt enim

ita

ita furor breuis. Quid molli Imperatore pariter, & iracundo?

Quis rectè poterit deliberare cum facilè excandeſcit? Neque ſolum ex hac re illa incommoda emanant, verum etiam quædam omnium rerum negligentia. Quod quàm in omnes partes peſtiferum eſt? Ait enim philoſophus: Negligentis domini negligentes oportet eſſe vicarios; illud quoque non erit ab hoc propoſito alienum, ita quotidie, aut res in audiendis multis rebus aſſueſcere, vt ex longis orationibus nullam percipiant moleſtiam. Inde enim duplex oritur bonum. Primum eſt, vt multa diſcatis, quod cum Iſocrates quoque non ſolum orator, verum etiam philoſophus præſtantiſſimus cenſuerit: ita ad Demonicum ſcripſit: conſume otium vitæ in ſermonibus audiendis. Deinde nulla vos afficient moleſtia, qui neceſſariò vobis audiendi fuerint in longis perorandis cauſſis.

Hæc ſunt ea nobiliſſimi, ac ſtudioſiſsimi adoleſcentes, quæ a me petijſtis, quæque in hanc ſententiam breuiter pro ingenij mei tenuitate conſignare potui litteris quadam crasſiore Mineruâ, non vt tanta res poſtulat: quæ tamen, ſi vos adhibere non pigebit, non vereor, quin vobis, veſtræ familiæ, atque vniuerſæ reipublicę maximo vſui, atque ornamento futura ſint. Quæ ſi breuiter potius attigerim, quàm copio-

sè explicarim, non ob id vanum opus exiſtimandum eſt. Cum enim quotidie penè mecum ſitis, meque præceptore vtamini, facilè vobis erit eorum, quæ breuiter a me explicata ſunt, ob id ſubobſcura, interpretationem audire. Me enim vobis, vt & antea ſemper fuerim, præſto futurum polliceor, atque profiteor.

IO. PAVLI GALLVCII

SALOENSIS

DE VSV TABVLARVM,

In quibus diſciplinæ a viris doctis deſcriptæ, in parteſq; diſtributę ſunt breuis tractatio.

Ad Excellentiſs. virum Iaſonem Denores Moralem Philoſophiam in Celeberrimo Patauino Gymnaſio Profitentem.

POſteaquam tabulæ præſtantiſſ. Philoſophi comitis Iacobi Zabarellæ in Ariſt. Logieam, & Excellentiſſ. Philoſophi, ac Medici, Marci Oddi in primam Fen primi libri Auicennæ in lucem editæ ſunt, ſæpe in officina Paulli Meietti, Bibliopolæ multorum ſermonibus interfui (vt non ignoras; tu enim mecum ſæpe affuiſti) de vtilitate, quam homines tum ex ijs, tum ex alijs huiuſmodi tabellis percipere poſſunt; animaduertiq. eorum omnium opiniones in tres deſtribui partes: alij enim tyronibus non peritis, alij ſcientibus, alij neutris conferre poſſe contendunt. Ab ijs autem cum ego diſſentirem, meamq. ſententiam tibi exponerem, eamq. maximè probares, eandem tibi conſcribere decreui; vt apud te eſſet, quod te maximè delectaret. Non enim ſolum verbis, ſed reipſa

hoc docendi genus ita celebras, vt in huiuſmodi particionibus; quò quàm plurimos iuuares; multum temporis conſumpſeris.

Ego autem in hac tractatione non ſingulis argumentis; quæ contra meam ſententiam afferri poſſent, reſpondere tentabo: ſed in ijs ſolum immorabor, quæ maiorem vim habere videntur. Ex rationibus enim quas ipſe ad meam opinionem confirmandam attulero, quiſque mediocriter eruditus ad aliorum infirmandas argumenta facile colligere poterit. Lineam enim rectam qui rectam eſſe cognouerit, facile cognoſcet & obliquam.

Illud igitur in hac re ſentio, hoc ſcripturarum genus, & eruditis, & ſtudioſis multum vſum (modò eis rectè vtantur) præſtare poſſe. Quod vt planum fiat, nimirum paullo altius repetendum cenſeo: primum illud eruditis omnibus maximè probatum; Nihil ſcimus, niſi quod memoriæ mandamus; quaſi huius fabricæ fundamentum, mihi iaciendum eſt; cui quidem, & illud addendum arbitror, & niſi, quod nobis in memoria eſt, vt in ea perpetuo ſit, effecerimus. Non enim qui didicit ſciēs dicitur, ſed ille, qui ita memoria teneat ea, quæ didicerit ab aliis, vel ipſe per ſe inuenerit, vt eadem aliis facile tradere poſſit. Quis autem illud ignorat, ordinem maxime memoriæ conferre? & illud nihil eſſe in mundo ordine melius, cum nihil omnino bonum ſit quod ordine careat? Quid autem aliud ſunt hæ tabellæ, de quibus ſermonem habemus, quàm ordo vel (vt ita dicam) ordinis ordo.

Nam

Nam quæ ordine a doctiſſimis viris tradita ſunt, hic ordo, in eum ordinem redigit, vt (modo a prudentibus hoc fiat) nihil ordinatius excogitari, nedum reperiri poſſit. Ad memoriam igitur hæ tabulæ hominibus conferunt: igitur & ad magnam eruditionem conducere dicendum, & exiſtimandum eſt: Cum enim (vt dixi) doctrina in eo maxime conſiſtat, vt quæ diſcimus memoriæ mandemus, & horum formas in memoria impreſſas omnino tueamur, & ordo vtrique rei maxime proſit, illud ſequitur, & ſtudioſis, & peritis ordinem maximè conferre: iis, qui diſcunt nemo (credo) negat iis, qui iam didicerunt, ſi quis nullum vſum afferre poſſe dicat, Ariſtot. de reminiſcentia libellum legat, deinde ſuam de hac re ſententiam proferat. Nonne, & illud apud eruditos maxime probatur, omnia iiſdem rebus conſeruari, quibus vel generantur, vel augentur? ſi memoria perficitur ordine, quin & conſeruatur? hoc ita in promptu eſt, vt argumentatione non egeat.

His igitur iactis fundamentis, illud ſequitur, & ignaris, & doctis huiuſmodi partitiones (ſi eis prudenter vſi fuerint) maximo vſui futuras eſſe. Ignari enim vt ſciant, memoria multa ſępiant neceſſe eſt: docti viro, vt quę didicerunt in memoria ſibi perpetuo hæreant, vt perpetuo ſciant, curare debent. Multi fortaſſe hæc quàm veriſſima eſſe in iis, quæ tabulis continentur; confitebuntur: negabunt tamen in illis conſiſtere, quæcunque ad perfectam alicuius rei ſcientiam faciant: quippe quę ieiu

na

na quędam ſolum contineant ſine rationibus, quibus probentur ea, quæ in illis deſcribuntur, nec ſciẽtia vlla eſſe poſſit, quę cauſſis, propter quas res ſunt, non demonſtretur. In eo, quod dicunt, hoc docendi genus ſcientiam propriè ſumptam non parere, in illorum ſententiam pedibus eo: quòd non ſit ad ſcientiam vtile, omnino nego. Hoc apertiſſimum, ſi de harum partitionum vſu aliquid dixero: futurum eſſe confido.

Et primum quomodo eruditi homines eis vti poſſint, quibus non vt aliquid diſcant, ſed ne dediſcant, eas percurrere vtile eſt; paucis abſoluam. Nihil eſt (ait Plinius hiſtoriæ naturalis facile princeps) quod maiori conatu a nobis diſcedere tentet, quàm memoria. Hæc quotidie minuitur, niſi continuis exercitationibus reſarciatur. Cui ſententiæ, & Iſocrates adſcribit ita ad Demonicum ſcribens: Quotidie aliquid ſcientijs aſſume, quę didiceris aſſiduis meditationibus conſerua. Quo autem modo poſſint viri prudentes melius, & citiùs, vel ſi quid non ſatis firmum in memoria habent, uel ſi quid excidit, & confirmare, & renouare, quã his, de quibus hic agitur, tabellis? Hic enim non ſotum litteræ eos, qui legunt, ſed lineæ, qui aſpiciunt, docere uidentur. Verba enim audire uidemur, & lineas oculis cernimus, ut duobus ſenſibus ex his addiſcamus id, quod in ordinario ſermone non vſu uenit. At melius dicet aliquis, id, ex libris, ex quibus tabulæ excerptę ſunt, ſi non citiùs, poteſt. Multa enim in iis dicuntur a ſcriptoribus, quibus

bus commentariorum uice funguntur, quæque doctrinam planiorem efficiunt. Hoc verum eſt: ſed quomodo ſenex iam factus homo poterit tot volumina perlegere, quę vix a pueritia vſque ad illam ætatem percurrere potuit? Præterea turpe eſt ſemper ex commentariis diſcere: vt ad ſuum Lucillum ſcripſit Seneca. Accedit ad hæc: quì ſenis vires tot labores in perlegẽdis libris, & ſi tempus ſufficeret, perferre, ac perpeti poterunt? multis præterea aliis rationibus id cõfirmari poſſet, quas breuitatis cauſſa prætereo: non prætermittam tamen vnius ſenis doctiſſimi, moraliſſimiq. Philoſophi Senecæ auctoritatem ad hanc veritatem comprobandam maxime accommodatam. Hęc eius ſunt verba ad ſuum Lucillum. Commentarios, quos deſideras diligenter ornatos, & in anguſtum coactos, ego vero componam: ſed vide ne plus profectura ſit oratio ordinaria, quàm hęc, quæ nunc vulgo breuiarium dicitur, olim cum latinè loqueremur ſummarium vocabatur. Illa reş diſcenti magis neceſſaria eſt, hæc ſcienti. Illa enim docet; hæc admonet. Hæc Seneca, Nonne quæ in tabellas digeſta ſunt ſummarium dici poſſunt? ſic profecto ſe res habet: imo præter breuitatem adeſt ordo, adſunt lineæ docentes, vt dictum eſt. Et ſi breuiarium ſolum ſcienti prodeſt, quanto magis hoc breuiarij genus, in quo hæc ſunt, quę ad reminiſcẽtiam mirum in modum faciunt. Senes enim non nouam doctrinam quærũt: ſed tãtũmodo vt de illis reb. admoneant, quas olim ingenio, & ſtudio ſibi comparárunt exoptant.

Hic

Hic fortaſſe multi, qui hanc Senecæ ſententiam legent dicturi ſunt: ſolis igitur ſcientibus, non diſcentibus proſunt. His reſponſum uelim, hoc uerum eſſe ſi tabulis omnes eodem modo vſi fuerint. Nam cum ad diuerſum finem eant, qui diſcunt, & qui iam didicerunt diuerſa, etiam ratione procedēdum eſt. D.ijs dictum eſt ſupra, qui in memoria eas formas retinere tentant, quas in ea aſsiduis ſtudiis collocarunt. Nunc autem dicendum eſt de iis, qui, vt aliquid diſcant, ſibi libros euoluendos cenſent. De modo autem ſtudendi, vt quem uſum ad id tabulę præſtent, facilius intelligatur; aliquid mihi dicendum eſt.

Seneca de hac re ad ſuum Lucillum ita ſcriptum reliquit. Cum multa percurreris vnum excerpe, qđ illo die concoquas. Hoc ipſe quoque facio, ex pluribus, quæ lego aliquid apprehendo. Cur autem ita cenſuit hic philoſophus eſſe faciendum? Quia ſingula, quæ legimus meminiſſe non poſſumus, & niſi delegerimus aliquid, in quo ita immoremur, vt eius forma in animo penitus hæreat, nihil quidem profecerimus. Deligendum igitur eſt aliquid ex noſtris lectionibus quotidie, quod memoriæ mandemus, quando non omnia poſſumus. Quid autem? nonne quod melius, & rerum ſumma eſt? Hoc autem quale eſt? Non ne quod tale prudentibus uidetur? Talia autem ſunt, quæ in tabulis deſcribuntur. Si multum igitur in tuis ſtudijs proficere volueris, cum multa percurreris in Ariſt. Logica, quæ videatur memoria dignum in ea parte

pru-

prudentiſſ. viro, prӕſtantisſimoque philoſopho comiti Iacobo Zabarellæ in ſuis logicis partitionibus diligenter animaduerte, & omni conatu animo cõplectere. Ita.n. ſi feceris maxima cum vtilitate, ac voluptate ſenties, te in huiuſmodi rebus verſatum eſſe. Id dictum ſit de ceteris etiam id genus omnibus. Alia ratione etiam diſcentibus plurimum pro deſſe poterunt: ſcilicet ſi primum tabellas ſtudioſi quàm libros, e quibus collectæ ſunt; legerint, & ſtudioſè legerint, memoriæque mandauerint. Illud.n. notum eſt omnibus, & doctiſſimis uiris probatum, non moleſtam uideri peregrinantibus uiam, cuius finem non ignorant. Viſis tabellis, nedum lectis ſtatim tota uia, & eius finis conſpicitur. Ex quo fit, ut non ſolum minori moleſtia ſtudeamus, ſed ſtudendo maxima uoluptate perfundamur. Oculis.n. quaſi cernimus ad illud in dies propius accedere, quod nobis in optatis eſt, quod ipſum per ſe propter fruendi ſpem maximam uoluptatem parit; quodque efficit, ut id uerum dudium eſſe dici poſſit. Studium enim teſte Cicerone, eſt uehemens occupatio ad aliquid cum magna uoluptate. Et doctiſſimus Marſilius Ficimus affirmat ſine cæleſti uenere, hoc eſt ſine uoluptete, fruſtra iuuenes ad nouem Muſarum templum contendere.

Prӕterea quis alicuius ſcientiӕ, uel artis primũ perfectam noticiam ſibi unquam comparare potuit? quadam confuſa ratione primum percipimus res, deinde expolimus, & minuta quӕque per minimas differentias diſcernimus, ſuiſque proprijs rationi-

tioni-

tionibus comprobamus: &, ut vrſa dicitur quandam primum carnis molem parere, deinde aſſidua diligentia, & opera in perfectam figuram redigere; eadem ratione, & nos animos noſtros ſcientijs informare ſolemus. Hoc idem in pictoribus videre licet, qui primum quaſdam deſcribunt lineas, in quibus deinde principalia membra, caput, toracem, brachia, crura, & reliqua, in his autem muſculos, digitos, &c. huiuſmodi, poſtremum vngues, pilos, & cetera omnia, quæ in cute exiſtunt coloribus diſtingunt, ex quibus omnibus perfectum corpus redditur. Experientia autem compertum eſt, hoc aliter melius fieri non poſſe. Hanc veritatem pręſtantiſſimus philoſophus Iacobus Zabarella, in ſuo libro de methodis cognouit, & ſcriptam reliqui. Ait.n. Ea eſt noſtri ingenij imbecilitas, vt non ſtatim integram rei notitiam capeſſere valeamus, ſed gradatim progrediamur. Præterea nonne in ſcholis tritum eſt, incipiendam noſtram doctrinam eſſe a confuſis? non confuſis ordine (vt ita dicam) confuſo, ſed ab ijs rebus, quæ, quia in ſe multa poteſtate continent, quadam ratione confuſa dicuntur, quod facilè in Ariſtotelis libris cernitur. ipſe enim confuſa quadam ratione in prædicamentis tradit, quęcumque in omnibus penè aliis ſuis libris demonſtraturus erat, & in iis nullis auhibitis rationibus rem ipſam tantunmodo deſcribit. Hic docendi modus hęc ratio in tabulis maximè conſpicitur. Diſcentibus igitur non ſolis peritis, & ſcientibus, imo vtriſque vſui maximo ſunt. Adoleſcentes autem, & cete-

ri ſtudioſi omnes, cum primum tabularum ordinē memoria perceperunt, tum legendis libris, ex quibus collectę ſunt, legendis commentariis, audiendis doctoribus, ſe ita exerceant, vt omnia, & ſingula ſi fieri poteſt, perdiſcant. Tunc maxima quidem cũ voluptate ſentient, se in dies multum proficere, omniaque firmiter ſibi in memoria hærere, & verum diſcendi methodum aſſecutos eſſe. Hincque apparet multiplicem eſſe tabularum vſum multiplicemque vtilitatem, quidque ſpectauetint omnes, qui in hoc genere elaborarunt, vt quæ a doctisſimis viris multis libris conſcripta ſunt, paucis paginis deſcripta ante oculos hominum ponerent, ut ſcilicet quantum in ſe ſitum eſt, tum ſcientibus, tũ diſcentibus prodeſſent. In quo; & qui alii id facere poſſunt, cum ſciant non ſibi ſolum natos eſſe, vt munus humanum ſibi a Deo impoſitum exequantur; inuigilare debent.

FINIS.